qñ penā ſubit ꝓ pctō quā placet deo ſibi
infligere. vñ oīs pena q̄ ſibi placet infligi
ꝓ pctō:eſt ſibi ſatiſfactio ꝯdigna.ꝛ iō illa
xba Anſ.ꝛ ꝯſimilia ſctōꝝ ſunt ꝓlata ad
modū iudicij hūani nobis noti:ꝛ nō ſunt
oīa ꝓpria iudicio diuino. Ad tertiū qñ ar Ad ter⸗tiā eiuſ dem.
guit ꝙ multa videm⁹ impunita in mūdo
ꝯcedo: videlicet ꝙ puniunt aliqua:ꝛ aliq̄
remittunt.ſed bene ordinant etiā ſine pu
nitiōe:q꞉ ſicut deo placet ita fit:ꝛ ideo iu⸗
ſte fit.mirant tñ hoīes quare de⁹ ſic per⸗
mittit:q̄ putant deū obligatū ad regēdū
mūdū ſuū ſm̄ capita eoꝝ: ꝛ tūc male iret
negotiū. ꝛ ideo qñ expectat: miſericordi⸗
ter expectat.ꝛ qñ punit: iuſte punit. ꝛ qñ
remittit:tā miſericordit̄ ꝙ iuſte remittit.
Ad quartū qñ arguit.tāta diſtātia pe⸗ Ad q̄r⸗tā eiuſ⸗dem.
ne ꝛc.ꝯcedo ꝙ vtraqȝ diſtat ab alia in in⸗
finitū.ꝛ nego vltra ꝯñam.ğ tantā iniuſti
tiā faciet deus cōmutando penā eternā ī
tꝑalem/quāta fieret cōmutādo tꝑalē in
eternā. Ad quintū qñ arguit. nihil ꝑti Ad qn⸗tam.
net ad iuſtū iudicē ꝑ̄cipere/niſi qđ velit fie
ri ab eis.dico ꝙ veꝝ eſt de volūtate ꝑmiſ
ſionis.vñ ſi preciperet eis aliqđ: ꝛ poſtea
eos impediret ſine culpa eoꝝ ne illud poſ
ſent implere:iniuſte faceret.pōt tñ ꝯtinge
re ꝙ aliqui faciāt ſe ineptos ad exequēdū
ꝑ̄ceptū:ꝛ tñ deus vult ꝑ̄ceptū ſuū ſtare:
ꝛ tñ nō placet ſibi ꝙ exequāt preceptū ꝓ
tūc:ſʒ vult eos pūire:q꞉ fecerūt ſe īeptos
ad exequēdū ꝑ̄ceptū. Exemplū de ſeruo q̄
ſe inebriat:nec pōt ꝓtūc ſeruire dño ſuo:
nec ideo relaxatur ꝑ̄ceptū de ſibi deſeruiē
do:ſed manet ꝑ̄ceptū: ꝛ tñ dñs ꝓtunc nō
vult ſuū ſeruitiū:nec illud ipſe pōt impē⸗
dere. Ad Aug.de precepto Abrae facto et Nota de Abraā.
ceco curato:q̄ vident fuiſſe ſigna falſa:q꞉
precepit qđ nō voluit fieri. Dicūt quidam
ꝙ videbat Abrae ꝑ̄cepiſſe īmolationē:qđ
tñ nō fecit. Pōt dici ꝙ ꝑ̄cepit ſibi īmola⸗
re filiū:ꝛ tñ noluit hoc:ſicut patuit ꝑ effe⸗
ctū.ꝛ ſi arguitur ꝯ. Fictio videt ꝙ aliqs Repli⸗ca.
ꝑ̄cipiat vnū ꝛ velit oppoſitū:q꞉ tūc fac ſi⸗ Rñſio.
gnū falſum. Pōt dici ꝙ nō repugnat iu
ſtitie nec ſapiētie dei fingere:h̄ ē facere ſi⸗
gnū ꝙ velit aliqđ fieri:ꝛ tamē ꝙ nolit il⸗
lud.immo hoc expedit vtilitati illi⁹cui fit
ſignū:ſicut multum expediebat Abrae ꝙ
de⁹ ꝑ̄tendebat ſe hoc voluiſſe per ꝑ̄ceptū

qđ per ipſum ſignificabatur: ꝛ tñ hoc no-
Repli- luit. Cōtra, ergo decepit Abraam. ↄcedo
ca. ꝙ ad vtilitatem ſuam decepit eū. Uel po
Rñſio. teſt dici ꝙ nō deceperit eū: ſ; Abraam alr
intelligēdo q̄ fuit in rei veritate decepit
ſeipſum. Nam iſta nō ſonant idem. facias
hoc: ꝛ volo ꝙ tu facias hoc. Uñ p̄ceptum
dei pōt diſtingui: quando dr/ immola fili-
um. Uno modo accipitur pro iſta: volo ꝙ
tu immoles. Alio modo ꝓ iſta: volo ꝙ tu
facias ac ſi vellem te immolare filiū. Pri-
mo modo ſic intellexit Abraam p̄ceptum.
ſecūdo modo deus. Ad exemplum de ceco
nato illuminato: credo ꝙ deus non prece-
pit ſibi ne cuiq̄ diceret: ſ; euangeliſta hoc
verbo precepit vtatur: ſed dixit ſibi ne fa-
ceret ad oſtentationē: appetēdo deum de
hoc laudari a malis. Unde p̄cepit ſibi ne
cui diceret. ideſt docuit illū ne in vanā glo
riam laudes hominū ꝓ benefactis appe-
teret: ꝛ ſic intelligendo pōt concedi ꝙ pre-
cepit aliquid aliud q̄ verba ſonant: ꝛ non
ſm qđ verba ſonant cum dicit. ne dixeris
alicui. ꝛ potuit eſſe ꝙ vel ex circumſtantia
aliqua/ vel dictis chriſti p̄cedētib⁹/ vel mo
do loquēdi ſeu motu aliquo ſenſus ille in
N N telligeret ab illo curato qđ deus precepit.
Ad ſe- Ad ſextum principale quādo arguitur.
xtū pn. nullus detinēs de ſubditis ꝛc. Dico ꝙ de⁹
plus eis tribuit q̄ meruerūt: ꝛ ideo nullā
iniuſtitiā eis facit. Similr ipſi illud gau-
dium nō meruerunt habere abſolute ꝛ ſta
tim: ſed quādo deo placeret. Similr retar
datio nō grauat: qꝛ volunt qđ deo placet
de eis fieri. Et qñ dicit ꝙ luunt nūc pecca
ta noſtra: qꝛ ꝓpterea dānificant: ꝛ hoc eſt
iniuſtū. Dico ꝙ nō ē iniuſtū: qꝛ placet deo
ꝛ nō op; ꝙ fiat eis recōpenſatio: qꝛ placet
eis retardatio: ꝛ recōpēſatū eſt eis in infi-
nitū illud vltra qđ mereri poterant de ſe
Ad vlti ipſis. Ad vltimū qñ arguit. deus exigit
mū pn. a reprobis iuſtitiā ꝛc. ꝛ tñ non vult ab eis
fieri. Cōcedo exigit exactione p̄cepti: ꝛ tñ
nō vult volūtate beneplaciti: qꝛ ipſi nolūt
Ad ſe- Ad ſcđam formā ſeptimi argumenti qñ
cūdam arguebat. duob⁹ petōrib⁹ decedētib⁹ ꝛc.
formā ↄcedo ꝙ minus in quātitate remittet vni
ſeptimi q̄ alteri: ſ; equale in proportione: qꝛ vtro
argu. biq; vel ſecūdā vel tertiā vel quotāuis vt
deo placuerit aliā partē: ꝛ ſic neutri fit in-
iuria: ſed vtriq; proportionata miſericor-
dia. Et hec de preſenti queſtione.

¶ Sequitur ſecunda.

Ueritur ſecun- a
do vtrum deus ab eterno Qō. ij.
ſciuerit ſe ꝓductuꝝ mūdū? Primū
Uidet ꝙ nō. Primo ſic. Ni prīnci.
hil aliud a deo fuit ab eter
no: deū eē productuꝝ mūdū eſt aliđ a deo:
ğ deū eē ꝓductuꝝ mūdū nō fuit ab eterno
veꝝ. ꝛ vltra: ğ nō fuit ab eterno ſcitū a deo
Ultima ↄña ptꝫ: qꝛ oē qđ ſcit/ eſt verū qñ
ſcit. Penultima ↄña ptꝫ. ſ. hec veꝝ nō fuit
ab eterno: ğ non fuit veꝝ ab eterno. qꝛ oē
qđ eſt verū: eſt qñ eſt veꝝ: ſicut manifeſtū
eſt. Ad iſtud pōt dici negādo minorē p̄nci Rñſio
palis rōnis. iſtā videl;. deū eſſe productuꝝ
mūdū eſt aliud ab eo. qꝛ hec ab eterno fuit
vera: de⁹ ꝓducet mūdū. ꝛ iđ ỽitas iſti⁹ fuit
ab eterno. ꝛ conſtat ꝙ nihil fuit ab eterno
niſi de⁹. ğ ỽitas iſti⁹ de⁹ ꝓducet mūdū: fu
it ab eterno de⁹. ſ; ỽitas iſti⁹ deus ꝓducet
mūdū: nō ē aliđ q̄ deū eē ꝓductuꝝ mūdū
igit deū eē ꝓductuꝝ mūdū ab eterno fuit
de⁹. Cōfirmat iſta rñſio ꝑ venerabilē An- Confir
ſel. mono. xviij. ca. ꝛ de ỽitate. j. c. vbi vult matur
ꝙ hoc veꝝ. i. aliqđ eſſe futurū ſemꝑ fuit: rñſio.
neq; habuit p̄ncipiū: vñ nunq̄ incepit eē
verū. Silr hoc veꝝ p̄ſētū vel p̄teritū eſſe
aliqđ nunq̄ deſinet eſſe verū. Ex qbus cō
cludit ꝙ ỽitas fuit ab eterno: et in eternū
erit. Un dicit ſic. ſi ỽitas habuit p̄ncipiū:
vel habebit finē: anteq̄ ipſa inciperet/ verū
erat ꝙ nō erat ỽitas. ꝛ poſtq̄ finita erit:
tūc veꝝ erit ꝙ nō erit ỽitas. atq; i. certe ve
rū nō pōt eē ſine ỽitate: erat igit ỽitas an
teq̄ erat veritas: ꝛ erit ỽitas poſtq̄ finita
erit ỽitas. qđ incōuenientiſſimū eſt. ꝛ ideo
p̄mittit in p̄ncipio ſue rōnis: Cogitet inq̄
q̄ pōt qñ incepit aut qñ nō fuit h̄ verū: fu
turū erat aliqđ. q. d. hoc null⁹ pōt cogitare
S; ỽiſile eſt Anſ. ſentire ꝙ ſolus de⁹ fuit
ab eterno: ğ hoc qđ eſt futurū aliqđ erat/
fuit deus ab eterno: ꝛ ſic negatur totaliter
minor principalis rōnis. Sed ↄ iſtud ar Repli-
guit ſic. ſit ỽitas iſti⁹ de⁹ ꝓducet mūdū a. catur.
ꝛ arguit ſic. a fuit de⁹: ꝛ a nō ē de⁹. ğ aliqđ
fuit de⁹/ qđ mō nō ē de⁹. Itē a fuit de⁹: et
a fuit hec ꝓpō de⁹ producet mundū. ğ hec
ꝓpō fuit de⁹. Minor p;: qꝛ ỽitas ꝓpōis Scđo.
nō eſt aliud a ꝓpōne. qꝛ ſi ſic: vel foret acci
dēs ꝓpōnis: vel res ſignificata ꝑ ꝓpōnē.
p̄mū nō pōt dari: qꝛ ſic orōꝛa mutaret qñ
tranſiret de ỽitate in falſitatē. q̄ arguebat
in p̄cedēti. c. de ſuba. Nec pōt dari ſcđꝫ: qꝛ

ſm Anſ. de ꝟitate. c. ij. Ueritas enũciati‑
onis nõ eſt res enũciata: ſʒ res enũciata
eſt cã ꝟitatis in enũciatõe: igit ꝟitas ꝓpo
ſitiõis eſt ꝓpõ: igit ſi ꝟitas huiꝰ fuit deꝰ:
Tertio hec fuit deꝰ. Preterea ſi deꝰ ſciuiſſet iſtã
añ ꝓductionẽ mũdi: deꝰ ꝓducet mũdũ. igi
tur ſic fuiſſet repñtata ꝑ eẽntiã diuinã ſic
ut ꝑ iſtã denotaf. ꝗ cũ eſſentia diuina na‑
turalr repñtet: ſequif ꝙ adhuc ſicut tunc
repñtabit. igif mõ repñtat deũ eẽ ꝓductu
rũ mũdũ: ſʒ hͦ eſt falſum: igif eẽntia diuia
Quar‑ repñtat falſum. Quarto eſſentia diuina
to. repñtat ita eẽ ſicut ꝑ hãc denotaf: deꝰ nõ
ꝓducet mũdũ: qꝛ oẽ veꝝ repñtaf ꝑ eẽntiã
diuinã: ⁊ hͦ ẽ ꝟa. igif cũ naturalr repñtet:
ſemꝑ repñtauit ita fore ſicut ꝑ eã denotaf
igif ſil añ ꝓductionẽ mũdi repñtat iſta cõ
tradictoria deꝰ ꝓducet mũdũ: deꝰ nõ ꝓdu
cet mũdũ. Preterea. loquimur nũc ꝓ illa
mẽſura imaginata añ ꝓductionẽ mũdi:
ꝓtũc hͦ fuiſſet ꝟa: ſi fuiſſet: deꝰ vult creare
mũdũ: vl' ꝗ voluit creare ſe: vel aliud a ſe.
Nõ ſe: qꝛ hͦ fuit ipoſſibile. ꝗ voluit creare
aliud a ſe. ꝗ aliõ a deo fuit volitũ a deo ꝓ
tũc. ⁊ nõ niſi mũdꝰ: igif mũdꝰ fuit ꝓtũc:
qꝛ ſi fuit aliõ a deo: fuit. ⁊ ſi nõ fuit aliõ a
Quito deo: nihil aliud fuit volitũ a deo. Preter
ea ſcti ab eterno fuerũt electi: igif ab eter‑
no fuerũt dilecti: ꝗ ab eterno fuerũt boni.
qꝛ deꝰ nũꝙ̃ diligit niſi bonũ. ꝗ hoies fue‑
runt ab eterno. Pũmũ añs pʒ ꝑ illud
Sexto Eph. j. Elegit nos añ mũdi ꝯſtõnẽ. Pre
terea ſit a nomẽ alicuiꝰ q̃ erit electꝰ in fine
mũdi: q̃ro tũc vtꝝ deus diligit a an nõ: ſi
nõ: ꝗ nec elegit: ⁊ ꝑ ꝯñs nũꝙ̃ elegit: ⁊ vl‑
tra: ꝗ a nõ erit nomẽ alicuiꝰ electi: cuiꝰ op‑
poſitũ ponif. ſi dicaf ꝙ deꝰ diligit a: ſeq̃f
tũc ꝙ a ẽ dilectũ a deo. ⁊ ſeq̃f: a ẽ dilectũ a
deo: ꝗ a ẽ aliq̃d dilectũ a deo: qꝛ a nõ ẽ ni‑
hil dilectũ a deo. ꝗ a ẽ aliq̃d dilectũ a deo.
Septi‑ ⁊ vltra: ꝗ ẽ aliq̃d. Preterea ita naturalr
mo. repñtat eſſentia diuia antichꝛiſtũ fore: ſicut
illa ꝓpõ mẽtalis / antichꝛiſtꝰ erit: ĩ mente
hoĩs repñtat antichꝛiſtũ fore. ſʒ hͦ oꝛõ mẽ
tal' ita repñtat ãtichꝛiſtũ fore naturalr: qꝛ
ipa nõ põt eẽ in mẽte niſi ſic repñtet. ꝗ eſ‑
ſentia diuia ſemꝑ repñtabit antichꝛiſtũ fo
re: ⁊ mũdũ eẽ ꝓducẽdũ ſi vnꝙ̃ ſic repñta‑
Scdm uit: qꝛ aĩs mutaref. Scdo arguo ſic. deꝰ
princ. ab eterno ſciuit ſe ꝓductuꝝ mũdũ: ꝗ ꝓ tũc
ſciuit ſe nihil ꝓduxiſſe. ꝗ ꝓ tunc ſciuit mũ
dũ nõ eẽ. ꝗ ex iſto antecedẽte deꝰ ab eterno
ſciuit mũdũ ſe ꝓductuꝝ: ſequif formaliter
ꝙ mũdus nõ fuit ab eterno. ꝗ ĩpoſſibile ẽ
ꝙ oppoſitũ añcedẽtis ſtet cũ añcedente:
ſtãte ſignificatiõe vtriuſqꝫ. ꝗ nõ potuit ꝓ
duxiſſe mũdũ ab eterno: ſi ab eterno ſciuit
ſe ꝓductuꝝ mũdũ. Itẽ ſi potuit ꝓduxiſſe
mũdũ ab eterno: ponaf in eſſe. ⁊ ſeq̃f: mũ
dus fuit ab eterno: ꝗ nũꝙ̃ fuit ꝓducendꝰ.
⁊ vltra. ꝗ deꝰ nunꝙ̃ ſciuit ſe ꝓductuꝝ mũ
dũ. ꝗ vt videf / ꝓma ꝯña ẽ bona. Rñdetur Rñſio
vno mõ diſſimulãdo de ꝯña: cõcedo ꝯñs.
qꝛ deus nõ potuit ꝓduxiſſe mũdũ ab eter
no. Sʒ ꝯ hoc arguif multiplr. Pͥmo ſic. Repli‑
nõ minus põt deꝰ qꝛ ꝓducit libere: ꝙ poſ catur.
ſet ſi naturalr ꝓduceret: ſed ſi deꝰ egiſſet
naturalr: deꝰ produxiſſet mũdũ ab eterno
ꝗ ⁊ libere potuit hͦ feciſſe. Preterea mun
dũ fuiſſe ab eterno nõ includit ꝯdictionẽ.
ꝗ deus potuit feciſſe. ꝗ ⁊c. ꝯña pʒ. qꝛ deus
põt q̃cq̃d nõ includit ꝯdictionẽ fieri. Añs
ꝓbaf. tũ qꝛ ſm Ariſt. j. topi. ſunt q̃dã pro
blemata de q̃bꝰ nõ hẽmus certã rõnẽ. ſic‑
ut vtrũ mũdus ſit eternꝰ. vñ nõ poſſumꝰ
ꝓbare ꝙ ĩcludit ꝯdictionẽ. Tũ qꝛ pħi mltͥ
ſic opinati ſunt: ſicut docet Aug. x. de ciui.
c. xxxi. de Platone: cuiꝰ opinio fuit mundũ
fuiſſe eternũ: ⁊ a deo habuiſſe initiũ ꝯditiõ‑
nis: nõ tñ initiũ tpis. ſicut ſi pes ex eterni
tate ſtetiſſet in puluere: veſtigiũ ſꝑ ei ſub‑
eſſet: qð tñ veſtigiũ a calcãte fctũ nemo du
bitaret: nec alterũ altero prius eẽt. Tũ qꝛ
btũs Au. vj. de tri. c. j. rñdet Arrio. ſi filiꝰ
erat natꝰ: ꝗ eſt: ⁊ priꝰ tñ erat. Rñdet Aug.
ꝙ nõ ſeq̃f: qꝛ natꝰ põt eſſe coeternꝰ: ſicut
ſplendoꝛ q̃ gignif ab igne. Et iſtis exẽplis
frequẽter vtif Aug. ꝗ ſimul ſtant ꝙ aliq̃d
hẽat cãm effectẽ: ⁊ tñ illi cauſe coeternũ.
Preterea arguif ſic. anteꝙ̃ ꝓduxit: potuit
ꝓduxiſſe. vel ꝗ tm̃ ꝑ finitũ tps ante: vel in
finitũ tps añ. Pͥmũ nõ põt rõnabilr dici
qꝛ qua rõne mõ ꝯcedimꝰ ꝙ poſſet pꝰus ꝓ
duxiſſe mũdũ: eadẽ rõne ꝯcedere debemꝰ
idẽ quocũqꝫ inſtãti ſignato añ. poſito enĩ
ꝙ duplũ plus de tpe fuiſſet a creatiõe mũ
di ꝙ̃ mõ: diceremꝰ qꝛ ante tot ãnos potuit
ꝓduxiſſe mũdum: ⁊ eadẽ nõ ſi triplũ vel
quadruplũ poneref. qð ſi verũ eſt: ꝗ in in‑
finitũ añ potuit ꝓduxiſſe mũdũ. ꝗ ab eter
no: Preterea capio inſtãs in quo deꝰ crea‑
uit mũdũ: ⁊ ſit a: ⁊ arguo ſic. Deꝰ oĩno eo‑
dẽ mõ ſe habuit ante a ſicut in a. ergo q̃c‑
q̃d intellerit vel voluit in a: voluit ante a.
ſʒ ante a voluit mũdũ eſſe: ꝗ ante a mũdꝰ
fuit. Preterea ſi includit ꝯdictionẽ deum

produxiſſe mūdū ab eterno: ergo poſſet ꝓbari
ꝙ mūdus ꝓduct⁹ eſt ex tpe. ⁊ ſic articulus
fidei poſſet ꝓbari. Preterea volūtati rōna
li nō repugnat hr̄e effectū liberū ſibi coe-
ternū. ergo nec deo. Aſſumptū ptȝ de aīa chri
ſti: q2 ſi chriſt⁹ ab eterno fuiſſet viator: ab
Confir matur eterno habuiſſet actū meritoriū. Confir-
maſ rō ꝑ Dio. de diuinis noib⁹. c. iiij. Diui
n⁹ amor nō ꝑmiſit eū ſine germine eſſe: ſȝ
amor ille fuit ab eterno. Preterea ſm Au
gu. x. de ciui. c. xxxi. Si pes ab eterno fuiſ-
ſet in puluere ⁊c. Chryſo. ſuꝑ Joan. homi.
xxxvi. dicit ꝙ virgultū ⁊ ei⁹ imago coeter-
na ſunt. ſi ſemꝑ inq̄t virgultū ab eterno fu
it ſemꝑ: ergo imago de virgulto fuit. ſed ſi
pes vel virgultū fuiſſet ab eterno: nō poſ-
ſet citi⁹ vel pri⁹ habere effectū ꝙ de⁹. ergo cū
de⁹ ab eterno fuit: potuit habuiſſe effectū
ſibi coeternū. Preterea: q̄cq̄d ꝑfectiōis ē in
cā ſcðā: dȝ attribui cāe prīe: ſȝ hoc eſt ꝑfe-
ctionis in cā ſcða / habere effectū ſibi coe-
ternū: ꝙ nō expectet tp̄s ad h̄ ꝙ poſſet ꝓ
ducere ſuū effectū. vn̄ quāto cā eſt ꝑfectior
tāto min⁹ expectat de tpe. ergo hoc dȝ deo at
tribui / ꝙ poſſit ſtatim hr̄e effectū ſibi coe-
ternū. ergo de⁹ potuit ꝓduxiſſe mūdū ab eter
Tertiū princi no. Tertio ad p̄ncipale ſic. ſi de⁹ ⁊c. ergo ab
eterno ſciuit ſe ꝓducere plures mundos:
vel nō. ſi nō: ergo nō potuit producere plures
mūdos: ea.d.ē rōne nec mō pōt. ꝯn̄s falſuȝ
q2 tāte potētie eſt mō ſicut tūc fuit qn̄ ꝓdu
xit iſtū mūdū: nec eſt alia reſiſtētia vel im-
pedimētū ꝙ tūc impediēs. ergo poſſet mō ꝓ
ducere aliū ſi vellet. Si dicat ꝙ de⁹ ab eter
Rn̄ſio. no ſciuit ſe ꝓducere plures mūdos. Cō-
Scðo. tra. ergo plures mūdi fuerūt itellecti a deo: et
ſunt adhuc itellecti a deo. ergo aliq̄ intellecta
ſunt plures mūdi. Itē vel itelligit ſe ꝓ-
ducere plures mūdos finitos vel īfinitos
tm̄. nō finitos tm̄: q2 q̄ rōne ſex: eadē rōne
ſeptē vel octo: ⁊ ſic in infinitū. ſi īfinitos q̄
erūt eq̄les iſti: ergo illi infiniti ſi eſſent / moue
ri poſſent motu circulari i ſuis partib⁹ ſu
ꝑiorib⁹: ſicͭ iſte mūd⁹ mouet. ergo pari rōne ſi
eēt vnū īfinitū ꝯpoſitū ex illͭ illō poſſet mo
ueri motu diurno: ⁊ ſic corp⁹ īfinitū poſſet
Tertio moueri in tempore finito: contra philoſo
phum. j. de celo ⁊. vj. phyſicorum. Item
ſi deus potuit produxiſſe plures mundos
⁊ non fecit: ergo fuit inuid⁹. ꝯn̄a ꝓbaſ ꝑ
modū arguēdi bti Aug. iiij. ſuꝑ Ge. c. xviij
Bōa aūt facere ſi nō poſſit nlla eēt potētia
ſi āt poſſet nec faceret: magna eēt īuidētia
q2 igiſ ē oīpotēs ⁊ bon⁹: idō oīa valde bona
fecit: ergo pari rōne ſi de⁹ potuiſſet producere
mūdos infinitos: ⁊ nō fecit: ergo fuit inuid⁹
Cōfirmaſ. q2 q̄ omittit qd̄ meli⁹ eſt: non Confir
facit optimū qd̄ poſſet facere: nec optime matur
qd̄ poſſet: ſȝ ſi de⁹ poſſet producere plures primo
mūdos: ⁊ nō fecit: omiſit illud qd̄ meli⁹ eſt
Nā meli⁹ eſſet duos mūdos eē ꝙ vnū. cō-
ſtat: q2 in duplo: manifeſtū eſt. igiſ de⁹ nō
optime cūcta diſponit. Cōfirmaſ ſimplr̄ Scðo.
ꝑ illō Aug. iij. de lib. ar. c. vij. Quicq̄d tibi
vera rōne meli⁹ occurrerit: ſcias feciſſe deū
tamꝙ oīm bonorū cōditorē: igiſ de facto Quar-
iā fecit plures mūdos. Preterea. ſi deus to.
qn̄ ꝓduxit iſtū mūdū: ſciuit ſe poſſe produ
cere aliū mūdū ab iſto: ſit ille a. q̄ro igitur
q̄re magis voluit ꝓducere iſtū ꝙ a: vel fu
it aliq̄ rō: vel nulla. Si nulla: volūtas ſua
fuit irrōnabilis. Si aliq̄: cū oīa ſint paria
in obiectis intellectiuis: videſ ꝙ magꝭ nō
debuit producere hūc ꝙ iſtū: ⁊ ſic vel nullū Quītō
vel iſtos infinitos. Preterea. aut potuit
ꝓduxiſſe mūdū meliorē iſto: vel non. ſi ſic
igiſ nō facit q̄cq̄d meli⁹ potuit. igiſ nō fe-
cit optīe qd̄ ſciuit ⁊ potuit. Si nō potuit:
Cōtra: iſte mūdus eſt finite ꝑfectiōis: ergo po
tuit feciſſe mūdū maioris ꝑfectiōis. Silr̄
poſſet feciſſe hoīem meliorem ꝙ fecit. ſm
magiſtrū. j. ſentē. di. xliiij. c. ij. Et ꝓbat ma
giſter h̄ ꝑ Aug. v. ſuꝑ Geñ. c. x. Talē potu-
it de⁹ hoīem feciſſe qui nō peccare poſſet
nec vellet: ⁊ ſi talē feciſſet: q̄s dubitat quin
meliorē feciſſet: igiſ potuit hoīem feciſſe
meliorē: igiſ pari rōne angelū: ⁊ ſic ꝑ ꝯn̄s Sexto.
totū vniuerſum. Preterea. ſi de⁹ poſſet
mō facere aliū mūdū ab iſto: poſſet facere
illū eſſe alicubi: ſicut iſte eſt mō: ita ꝙ par
tes illi⁹ mūdi diſtarēt abinuicē extra mū-
dū iſtū. q̄ro ergo q̄d eſt ibi modo: an aliq̄d
an nihil: ſi aliq̄d: ergo extra mūdū de facto eſt
aliq̄d. ſi nihil: tūc arguiſ ſic. extra mūdū ni
hil eſt: ⁊ extra mundū pōt eſſe corp⁹: ergo
extra mūdū eſt vacuū: q2 vbi pōt eſſe cor-
pus / ⁊ nullū eſt: ibi vacuū eſt. ergo vacuū Quar-
mō eſt. Quarto ad principale. ſi deus ab tū prīs
eterno ſciuit ⁊c. ergo anteꝙ produxit mundū
verū fuit deū eſſe producturū mūdū. ergo ſic
hec propō ab eterno fuiſſet vera: de⁹ produ
cet mundū ab eterno. igiſ ſi hō fuiſſet crea
tus ante mundū: q̄ dixiſſet iſtā: dixiſſet ve-
rū. ergo de neceſſitate deus produxit mun
dū. Cōfirmaſ iſte mod⁹ arguēdi ꝑ proceſ Confir
ſum Ariſto. j. peri her. in fine, vbi oñdit ꝙ matur

in ꝓpõnibꝰ ꝯdictorijs de futuro in mate-
ria cõtingẽti neutra ꝑs eſt determinate ve-
ra. h aũt arguit ꝑ duas rõnes: quarũ vna
ducit ad ĩpoſſibile: ſcõa eſt oſtẽſiua. Prio
mõ ſic. ſi hec ſit ṽa a erit: ḡ dicẽs hãc/dicit
verũ. ſ; ſi dicẽs hãc dicit verũ: neceſſe ẽ ſic
fore ſicut ipẽ dicit: ⁊ ſi neceſſe eſt ſic fore ſic
ut ipẽ dicit: nõ põt aliter euenire ꝙ̃ ipẽ di
cit: igit̃ a de neceſſitate eueniret. Hoc autẽ
relinqt Ariſt. ꝓ impoſſibili tam ibi ꝙ̃. vj.
meta. Scõo arguit ad idẽ ſic. ſicut res ſe
hñt ad fore ⁊ nõ fore: ſic ſe hñt ꝯdictiones
de eis formate ad ṽitatẽ ⁊ falſitatẽ: ſ; res
q̃ ſignificant̃ future/ſunt oĩno ad vtrũlib;
nec ulꝰ determinant̃ ad fore ꝙ̃ ad nõ fore
igit̃ ꝯdictiones de eis formate nõ plꝰ de-
terminant̃ ad veritatẽ ꝙ̃ ad falſitatẽ nec
ecõtrario. Jõ tenet ipẽ ꝙ ĩ talibꝰ ꝯdictio-
nibꝰ neutra ꝑs ẽ ṽa: ⁊ neutra ꝑs falſa. igi
tur ſm eũ ſi aliq̃ ꝓpõ de futuro ſit ṽa: de
neceſſitate ſic erit ſicͭ denotat̃ ꝑ eã: ḡ ſi h fu
iſſet ṽa ab eterno deꝰ ꝓducet mũdum: ab
eterno verũ fuiſſet dicere deꝰ de neceſſitate
Quin-tũ pn. ꝓducet mũdũ: ꝯñs falſũ: q: libere ꝓducit
mũdũ. Quinto ad ꝑncipale ſic: ſi deꝰ ab
eterno ⁊c. ſequit̃ ꝙ in deo eſſe poſſet ꝑſciẽ
tia futuroꝝ. ꝯñs falſum. ꝯña pʒ. quia q̃n
mũdꝰ nõ fuit: deꝰ ſciuit ſe ꝓducturũ mun
dũ: ḡ habuit ꝑſciẽtiã de h ꝙ mũdꝰ fuit fu
turꝰ. ⁊ ſic pari rõne hʒ mõ ꝑſciẽtiã de futu
ris. Falſitas ꝯñtiꝫ ꝓbat̃ ꝑ venerabilẽ Anſ.
de caſu diaboli. c. xxj. Breuiter inqt Anſ.
hic rñdeo. Preſciẽtia dei nõ ꝓprie dr̃ ꝑſciẽ
tia. cui eñ oĩa ſemꝑ ꝑſentia; nõ hʒ futuro
rũ ꝑſciẽtiã: ſ; ꝑſentiũ ſciam. igit̃ ſm mẽtẽ
Anſ. oĩa q̃ apud nos ſunt futura vel ꝑteri
Confir-matur ta: ſunt deo ſemꝑ vniformiter pñtia. ḡ ab
eterno mũdꝰ fuit pñs deo. Jtẽ ꝯfirmat̃ ꝑ
Boe. de ꝯſola. li. v. pſa vlti. Oĩa q̃ſi iã ge-
rant̃/in ſuã ſimplici cognitione conſiderat
deꝰ. itaq; ſi preſciẽtiam penſare velis qua
cũcta dignoſcit: nõ eſſe ꝑſciẽtiã quaſi futu
ri/ſ; ſciẽtiã nũꝙ̃ deficiẽtis inſtãtie rectius
eſtimabis. Vñ nõ ꝑuidẽtia ſ; ꝓuidẽtia ꝑo
tius dr̃: ꝙ porro a rebꝰ ĩfimis ꝯſtituta q̃ſi
ab excelſo rerũ cacumine cuncta ꝓſpiciat.
h ille. Vult igit̃ dicere ꝙ dei cognitio de
futuris nõ eſt ꝓprie ꝑſcientia: ſ; cognitio
q̃rũcũq; ſibi pñtiũ. nũꝙ̃ ſibi ſunt aliqua fu
tura aliqua ꝑterita aliqua pñtia ſicut no-
bis: ſ; oĩa ſunt ſibi pñtia in ſua eternitate
igit̃ ab eterno mũdꝰ fuit pñs deo. Jdem
Anſ. de concor. ca. iiij. Quẽadmodum pre
ſens tps cõtinet oẽm locũ: ⁊ que in quoli
bet loco ſunt: ita eterno ꝑſenti ſimul clau-
dit̃ oẽ tps: ⁊ que ſunt in quolibet tpe. ⁊ in
fra. hʒ eñ eternitas ſuũ ſimul: in quo tunc
oĩa q̃ ſimul ſunt loco ⁊ tpe: ⁊ q̃ ſunt in di-
uerſis locis vel tpibus. Vñ dicit infra ꝙ
actio mea craſtina ſemꝑ eſt pñs in eterni- Sextũ
tate. De iſto nota li. j. di. xxxv. c. vj. Sexto princi.
ad principale. ſi deus ab eterno ⁊c. deꝰ ab
eterno ſciuit ſe ꝓducturum ꝑ creationẽ ſe
metipm. ꝯñs eſt impoſſibile: vt manifeſtũ
eſt. ꝯñam ꝓbo. Jſte creature ſunt mũdꝰ: ḡ
mũdus eſt deꝰ. maior pʒ: ꝙ creature ſunt
deꝰ ꝑ Aug. ſup Jo. ſer. j. Et de verbis dñi
ſer. iiij. Quecũq; hic varia q̃ris: ipſe vnus
oĩa tibi erit. ⁊ Jo. j. Qđ factũ eſt in ipſo
vita erat. ⁊ Anſ. mono. xxxv. Quicq̃d factũ
eſt: ſiue viuat ſiue nõ viuat: aut quõcumq;
eſt in ſe: in illo eſt vita ⁊ veritas. Jtẽ creare Septi-
in deo eſt ipſa creatrix eſſentia. Septio mũ pn.
ad ꝑncipale quero an ꝓducit mũdũ cõtin
gẽter an neceſſario: ſi neceſſario: ḡ natura
liter: ḡ ab eťno: q: poſita cã ſufficiẽti ⁊ nõ
ĩpoſſibili ⁊ naturaliter agẽte/neceſſe eſt ef
fectũ poni. ḡ ſic mũdus fuiſſet ab eterno.
ꝯñs falſum. Si cõtingẽter ⁊ libere produ
cit: ḡ ſemꝑ añ inſtãs productiõis mũdi h
fuiſſet ꝯtingẽs: deꝰ producet mũdũ: ḡ ſi fu
iſſet ſcita a deo: fuiſſet ſimul vera ⁊ cõtin-
gẽs ad vtrũlibet. ⁊ ſic ꝑ ꝯñs deꝰ mõ in fu-
turis cõtingẽtibꝰ cuiuſlibet ꝯdictionis ſci
ret alterã partẽ. ꝯñs falſum: videl; ꝙ deꝰ
ſciat aliquã propoſitionẽ de futuro ĩ mate
ria cõtingenti: puta iſtã a erit. Sit a pctm̃
qđ ſortes libere cõmittet cras. tunc arguo
ſic. Deꝰ ſcit a fore. ḡ ab eterno ſciuit a fore
vel incepit ſcire a fore. nõ põt dici ꝙ ince-
pit ſcire a fore: q: poſſet tũc aliq̃d ſcire vel
preſcire in tpe ⁊ ex tpe. ꝯñs falſum: et con
tra mgr̃m. j. ſentẽ. di. xxxix. Si ab eterno
ſciuit a fore. Pono ꝙ a fore fuit heri ſcptũ Rñſio.
in pariete: ḡ hec eſt modo vera ſcriptũ in
pariete fuit verũ. ꝯña pʒ: q: hec eſt vna ve
ra de ꝑteritis: ⁊ ꝑ ꝯñs neceſſaria. ḡ neceſ-
ſe eſt ſortẽ peccare. Ad iſtud argumentum
põt dici ſic: ꝙ hec ꝓpoſitio a erit: eſt vera:
tamen contingenter. ⁊ ideo licet ſit vera:
poteſt tamen nunꝙ̃ fuiſſe vera. ⁊ eodẽ mõ
iſta/deus ſciuit a fore: vera eſt per caſum:
contingenter tamen: q: ſic eſt vera ꝙ põt
nunꝙ̃ fuiſſe vera. ⁊ eodem modo dicit̃ de
iſta: hoc ſcriptum heri fuit verum: demon
ſtrato iſto ſcripto heri a erit, ⁊ hec eſt diſ-

ferētia inter ꝓpoſitionē de futuro ī materia ꝯtingēti ꝛ ei equalentes: ſiue ſint de p̄ſenti ſiue ſint de futuro: ꝛ ꝓpōnes de p̄terito ꝛ de pn̄ti: que nunꝙ̄ equalent talibꝰ: nec tales virtualiter īcludūt: qꝛ ſi aliq̄ ſit ꝓpoſitio vera de pn̄ti vel de p̄terito: neceſſario ſemꝑ erit poſtea verū dicere ꝙ illa fuit vera: ſicut ſi hec fuit vera / modo ſortes ſedet: hec ē neceſſaria / hec fuit vera ſoꝛ. ſedet necꝫ deueniet poſtea falſa: niſi omittatur ſignificatio terminoꝝ. ꝛ eodē mō ē de illis de p̄terito q̄ nullo mō exponi dn̄t ꝑ aliquā de futuro: puta de iſta / ſortes fuit albꝰ. qꝛ ſi hec eſt modo vera: hec ſemper erit poſtea vera: hec fuit vera ſortes fuit albus. ſed in propoſitionibus de pn̄ti ꝛ preterito q̄ equiualent propoſitioni de futuro: vel exponi habent per aliquā de futuro: ſecꝰ eſt. nā iſta propō / a fuit ſcitū a deo: que ē de p̄terito: vel iſta / a eſt ſcitū a deo: q̄ eſt de pn̄ti: ſic eſt vera mō ꝙ tn̄ potuiſſet nūꝙ̄ fuiſſe vera. ꝛ ideo a eſt ſcitū a deo: pōt tn̄ nunꝙ̄ fuiſſe ſcitum a deo. ꝛ eodē mō quārūcūꝗ hec ſit vera ſortes fuit p̄deſtinatus: hec tn̄ eſt ſemꝑ cōtingens / hec fuit vera ſortes eſt p̄deſtinatus. ſi tn̄ hec ſit vera ſortes eſt p̄deſtinatus: ab eterno fuit vera: ꝛ ſua oppoſita falſa: ita ꝙ neutrū ipſoꝝ poteſt ſucceſſiue eē verum poſt reliquū. Sꝫ ꝯ iſtud dictū pōt argui mlt̄ipli̇r. **Replicatur.** Primo ſic. ſit a vnū futuꝝ ꝯtigēs qd̄ deus ſcit foꝛe. Tūc ꝑ te iſta ſtant ſiml̄ a erit: ꝛ ꝓpō iſta a pōt nō euenire eſt ꝯcedenda. Ponat̄ igit̄ in eſſe: ꝛ arguo ſic. a nō eueniet: igit̄ hec nunꝙ̄ fuit vera a eueniet. et hec fuit ante ꝯceſſa a te. igit̄ falſum fuit ꝯceſſū a te nulla obligatiōe tibi facta. **Secūdo.** Preterea. ſit ita ꝙ heri ꝯceſſiſti nulla obligatiōe tibi facta a erit: hodie ꝓpono tibi iſtā a pōt nō euenire. ſi neges: igit̄ a neceſſario eueniet. ſi ꝯcedas: ponat̄ in eē a nō eueniet. tūc arguo ſic. a nō eueniet: igit̄ hec ſemꝑ an̄ fuit vera a nō eueniet. ſi fuit vera ſꝑ ante: igitur hec nunꝙ̄ fuit vera a eueniet: et vltra: igit̄ non fuit vera heri: ꝛ heri fuit cōceſſa a te nulla obligatione tibi facta: igit̄ heri cōceſſiſti falſum nulla obligatione tibi facta: igit̄ heri male rn̄diſti. **Tertio.** Preterea oēs due ꝓpōnes an̄ b inſtans: ſit b inſtās in quo a erit: poſſunt eſſe ſimul vere: aut ſucceſſiue ante b inſtās: ſed iſte propoſitiones ſic ſe hn̄t a erit: a non erit: ꝙ vtraꝗ poteſt eē vera ante b inſtās: qꝛ vtraꝗ eſt ꝯtingens: ſed nō poſſunt eſſe ſimul vere: igitur ſucceſſiue. igit̄ vna pōt eē vera poſt aliā: etiā anteꝙ̄ a ſit: qꝛ poſtꝙ̄ a fuit: conſtat ꝙ hec pōt eē falſa a erit: ꝛ ſua oppoſita vera poſtꝙ̄ fuit falſa. Preterea **Quarto.** ſint a ꝛ b duo ꝯdictoria de futuro: ꝛ ſit a verū in hoc inſtanti: ꝛ b poſſit eē veꝝ cras. Et arguit̄ ſic. a eſt veꝝ in hoc inſtanti: ꝛ b pōt eē verū cras: igit̄ b pōt eē verū poſtꝙ̄ a fuit verū: ꝗ. Item ſic. oē qd̄ nō eſt verū ī hoc **Ad idē.** inſtanti: ꝛ pōt eē verū poſt hoc inſtās: pōt eē verū poſtꝙ̄ fuit falſum: ſed b nō eſt verū in hoc inſtanti: ꝛ poteſt eē verū poſt hoc inſtans: ꝛ vltra. ꝗ pōt eſſe verū poſtꝙ̄ fuit verum. Preterea. ſit aliquid qd̄ nō eſt futurum: ꝛ poteſt eē futurū. ꝛ arguo ſic. a non ē **Quīto.** futurū: ꝛ poteſt eē futurū: ergo a pōt incipere eſſe futurū. ſit igit̄ b inſtans in quo a incipit eē futuꝝ: ergo a eſt futuꝝ: ꝛ immediate ante b nō futurū. ꝛ arguo ſic. a incipit eē futurū: ergo a eſt futurū: ꝛ immediate ante hoc non fuit futurū: igitur immediate ante b hec fuit vera / a non fuit futurū: igit̄ immediate ante b hec etiā fuit vera: a nunꝙ̄ erit futurū. Preterea. Si oīs propoſitio **Sexto.** foret ꝯtingēs ad cuiꝰ veritatē requirit̄ veritas vnius de futuro: ſequit̄ ꝙ oēs tales forēt ꝯtingentes. ſol eſt. ſol mouet̄. deꝰ eſt p̄ia cauſa. ſortes currit. et hō haberet dubitare iſtam: ego ſum. Nam ſequit̄. ſoꝛ. eſt: ergo ſortes erit: qꝛ nō pōt dari vltimū rei ꝑmanētis ī eſſe. ergo ſi ē mō: poſt hoc erit. ſed hec ē ꝯtingēs: ſortes erit: qꝛ deꝰ poteſt facere ꝙ ſit falſa: alioq̄n vellet nollet / ſortes foret futurꝰ poſt hoc inſtās: ꝯn̄s eſt falſum. igit̄ illud ex quo ſequit̄. Octauo ad **Octauū pn̄.** principale: ſi ſic: ergo deus modo ſciret aliqua quecūꝗ futura ꝯtingentia. ꝯſequens falſum: qꝛ tūc deꝰ poſſet reuelare quodcūꝗ futurū cōtingens homini vel angelo: itaꝙ facta tali reuelatiōe reuelatū maneret ꝯtingens. ꝯn̄s falſum. Nā ſi ſic: ſacra ſcriptura poſſet eſſe falſa. nā in ea ꝯtinet̄ ꝙ reſurrectio mortuoꝝ erit. ꝛ ꝙ dies iudicij erit. ſi ꝗ iſta ſunt adhuc contingentia: ergo poſſunt eē falſa. ꝛ ſi vna pars ſcripturaꝝ poſſit eſſe falſa: ꝛ alia: ꝛ ſic tota ſm̄ rōnē Auguſtini ꝯtra Iouinianū. ꝛ ſic aliq̇s pōt meruiſſe in fide falſa: ꝛ fides Abrae q̄ fuit vera / mlt̄is milibꝰ annoꝝ elapſis pōt eē falſa: et beati poſſunt decipi. nā angeli credunt diem iudicij fore futurū: ꝛ ſic ſunt deceptibiles: ꝛ ꝑ conſequens nō beati. Similr̄ in poteſtate mea eſſet decipere angelū meum q̄ cuſtodit me: ꝛ decipere aīam chriſti: qꝛ eſto ꝙ deꝰ re

uelauit aīe chriſti vel angelo meo ꝙ ego
ſim ſaluādus: adhuc hec ē ꝯtingēs: ego ſal
uabor: ꝗ in libertate mea ē facere ꝙ ſit fal-
ſa: ꝗ poſſum facere ꝙ hec ſit vera/aīa chri-
ſti credit falſum. Siſr in ptāte mea eſt face
re ꝙ chriſt⁹ mētit⁹ eſt: q: ſi chriſt⁹ dixit hēc
ꝟgini aſſertiue: iſte ſaluabit: adhuc iſta eſt
ꝯtingēs: ꝗ pōt eē falſa. ꝗ chriſtus pōt aſſe-
ruiſſe falſum: ⁊ tūc fuit decept⁹: vel dixit ꝯ
ꝯſciām. imo ꝓbari pōt ꝙ dixit ꝯ ꝯſciam.
Nam ſi hec ſit falſa/iſte ſaluabitur: ꝗ nūꝗ
vera. ſuppoſito ꝙ nunꝗ ſciuit aliud. ergo
ſciuit ꝙ nunꝗ fuit vera: ⁊ deus dixit hoc:
Sc̄da forma. ergo deus dixit ſcienter falſum. Preterea
ſi ſit aliqͣs qui fuit iuſte dānatus ad mille
annos: ⁊ paſſus ibi maximā penam: poteſt
adhuc fuiſſe iniuſte damnatus. Probatur:
accipio aliquē q̄ fuit de ſecta Saduceorū.
⁊ volo ꝙ ꝓ nullo alio damnatus ſit: niſi q:
credidit falſum. ſ. reſurrectionē non eē fu-
turam. quo poſito arguo ſic. iſte non eſt dā-
natus niſi q: credidit hoc falſum: reſurre-
ctio non erit: ⁊ poſſibile eſt eū nunꝗ credi-
diſſe hoc falſum q: ſequit̄. hoc nūꝗ fuit fal
ſum: ꝗ ipſe non credidit falſum. ⁊ ſic poſſi-
bile eſt ꝙ nunꝗ credidit falſum: ⁊ per ꝯn̄s
Tertia. ꝙ ſine cauſa fuit dānatus. Preterea reue-
let de⁹ ſorti ꝙ plato ſaluabit̄. ⁊ p̄cipiat ſibi
ꝙ velit platonē ſaluari: ⁊ ꝙ conformet vo
luntatē ſuā voluntati diuine. ſimul cū hoc
pono ꝙ ſortes tranſgrediat̄ p̄ceptū: ⁊ inui
deat platoni: ꝓ quo peccato dānet̄ ſortes:
ſit igit̄ ꝙ iſtud fuit factū ante centū annos
⁊ ſit adhuc plato ſupſtes: adhuc ē ꝯtingēs:
plato dānabit̄: ergo poteſt eē vera. Ponat̄
in eē. ⁊ arguit̄ ſic. Plato eſt dānatus: ergo
plato nunꝗ fuit p̄deſtinatus. ⁊ vltra: igit̄
deus nunꝗ voluit eū ſaluari. ⁊ vltra: ergo
ſortes nūꝗ voluit diſſormiter deo: ergo ſor
tes non peccauit. ergo modo poteſt facere
plato ꝙ ſortes ſit iniuſte damnatus: q̄ fuit
ante dānatus ad centū annos: per caſum.
Quarta. Preterea. ſi reuelatū maneat contingēs:
ꝗ in ptāte mea eſt facere ꝙ aliqͣs q̄ vixit an̄
mille annos: ſit ꝓpheta: ⁊ ꝙ nō ſit ꝓpheta.
q: eſto ꝙ aliqͣs ꝓphetauerit me facturū a:
ſequit̄: poſſum facere a: ⁊ omittere: ꝗ poſſu
facere ꝙ dixit ver̄ vel falſum: ſicut mihi pla
cet. ſed ſequit̄: dixit falſum: ꝗ nō ꝓpheta-
uit. ꝑ diffinitionē ꝓphetie: q̄ includit dictū
ꝓphete eē verū. imo ſm̄ iſtā ꝓphetie diffi-
Quĩta. nitio eſt impoſſibilis: ergo ⁊c. Preterea
apl's arguit ſic ad ꝓbandū reſurrectionē.
Si mortui nō reſurgēt: ꝗ nec chriſtus reſur
rexit. j. Cor. xv. Et dicit Augu. de doctrina
chriſtiana. li. ij. c. xxxj. hoc ē circa finē. ꝙ con
nexiones apl'i ſunt bone: ſꝫ habeant ſnīas
falſas. Conſequēs eſt impoſſibile: ꝗ ⁊ an̄s:
q: ſi an̄s ſit contingens: ꝯn̄a nō valet. Uel
opꝫ dicere ꝙ deus poſſet vno mō facere ꝙ
chriſtus nūꝗ reſurrexit a mortuis: ꝯn̄s fal
ſum. Item Micheas ꝓpheta. iij. Reg. xxij
fecit iſtā ꝯn̄am regi Achab. Si reuerſus fu
eris in pace: non eſt locutus in me dn̄s. ſed
ꝯn̄s fuit impoſſibile: igitur an̄s. igitur illō
reuelatū Michee non fuit contingens poſt
Sexta. reuelationē. Preterea. ſicut hec eſt contin
gens nunc/aīa chriſti eſt beata: q: ſequitur
fuit beata: ergo eternaliter fuit futura bea
ta: ⁊ fuit certa ꝙ eternaliter foret beata: ſꝫ
ſequitur/poteſt adnihilari quia creatura ē
ergo poteſt non eternaliter eſſe beata: ergo
poteſt nunꝗ fuiſſe certa de ſua beatitudie:
igitur poteſt nunꝗ fuiſſe beata: ⁊ per ꝯn̄s
nunquā fuit beata. hoc antecedens eſt poſ-
ſibile: anima chriſti poteſt adnihilari: ergo
Septĩa ⁊ vltimū ꝯn̄s. Preterea: deus non poſſet
certificare hoīem de aliquo futuro: nec poſ
ſet homo certitudinaliter credere vel ſpera-
re illud quod deus ꝓmittit niſi deciperet̄.
q: quantūcūqꝫ aſſeruerit ſe aliquid eſſe fa-
cturū: poteſt poſt aſſertionē vel ꝓmiſſionē
facere oppoſitū: q: tale dictū non obſtante
reuelatione vel promiſſione dei manet con
tingens poſt dictū vel promiſſionē ſicut an
te. Sed ꝙ iſtud ſit falſum patet per illā au
ctoritatem. Fidelis eſt deus: ſeipſum nega-
re nō poteſt. ij. Timo. ij. gloſſa. Qui eſt veri
tas: non poteſt negare ſeipſum. qō faceret
ſi dicta ſua nō impleret. Itē Lu. xxiiij. Chri
ſtus dixit diſcipulis ſuis poſt reſurrectionē
ſuā. Hec ſunt que locut⁹ ſum ad vos cū ad-
huc eſſem vobiſcū: qm̄ neceſſe ē impleri oīa
que ſcripta ſunt in lege Moyſi et ꝓphetis
⁊ pſalmis de me. ſi neceſſe eſt ipleri ea: ergo
non contingenter. Preterea ſi ſic angeli Octaua
nō ſunt ꝯfirmati: nec diabol⁹ adiudicatus
pene eterne: q: poſſibile eſt nullam penā eē
eternā: q: poſſibile eſt ꝙ nunꝗ fuit adiudi
catus pene eterne. Similr̄ angelus poſſet
peccare: q: priuari grā: ⁊ relinqͥ in ſolis na-
turalib⁹: ⁊ ſic demereri: ex pari rōne diabo
lus mereri. Et chriſtus poſſet dixiſſe falſum
cū oībus q̄ p̄dicāt ſuadendo gaudiū aliqō
eternū vel penā eternā: ⁊ poſſibile eēt oēs
q̄ crediderūt in eū fuiſſe deceptos: ⁊ totam

fidē eſſe falſam: ꝛ deū fefelliſſe hoīes q̄s do
Nona. cuit. Preterea. Nō minorē certitudinem
dʒ cauſare reuelatio diuina q̄ꝫ prophetia.
ſʒ ꝓphetia cauſat certitudinē veritatis im
mobilē: ḡ diuīa reuelatio. Maior pʒ: qꝛ to
Quid ꝓphia ta certitudo q̄ eſt in ꝓphetia: eſt ꝓpter diui
nā reuelationē. Minor pʒ ꝑ diffinitionē
ꝓphetie ꝛ maior ſilr̄ q̄ ē iſta. Prophetia eſt
diuina iſpiratio rerū euēt⁹ immobilitate de
nūtians. ḡ ſi aliquid eſt ꝓphetatū eē futu-
rū: illud immobiliter erit futurū: ſit p̄ſens:
Decīa. ꝛ vltra neceſſario erit futurū. Preterea. Omne
illud neceſſario eueniet / qḋ ſic ē futurū φ nō
pōt eſſe nō futurꝫ anteq̄ꝫ ſit p̄ſens: ſʒ oē qḋ
de⁹ ꝓponit facere: eſt ſic futurū φ non pōt
eē nō futurū anteq̄ꝫ ſit preſens: ḡ omne tale
neceſſario eſt futurū. Jdeo ſi deus ſe reuelet
aliq̄d facturū: illud poſt reuelationē neceſ-
ſario eueniet. Maior pʒ. minorē ꝓbo per
Anſ. ij. Cur de⁹ hō. c. xvij. vbi dicit φ volū
tas dei vult veritatē eē immutabilē: ꝛ ſi ꝓpo
nit aliq̄d ſe imutabilr̄ facturū: illud nō pōt
nō eē futurū anteq̄ꝫ fiat. Jtē in eodē. c. lo-
quens de fide btē virginis: q̄ credidit filiū
moriturꝫ: dicit φ vera fuit fides ei⁹: ꝛ neceſ-
ſe fuit ita futurꝫ eē ſicut ipa credidit. Tunc
arguit̄ ſic. Oē qḋ eſt a deo reuelatū: neceſſe
eſt fieri poſtq̄ꝫ eſt reuelatū: ergo nihil poſt-
ea manet cōtingens: ḡ iſta ſunt incompoſ-
ſibilia: hoc fore eſt ꝯtingēs: et h̄ fore ē reue
Vnde- cima. latū a deo. Preterea. Si teneor credere φ ꝓ
phetatū vł̄ reuelatū poſſit nō euenire: ḡ nō
teneor credere ꝓphe nec deo: qꝛ ſcio φ q̄ꝫ-
cūq̄ꝫ aſſeruit vel iurauit: φ oppoſitū dicti
ſui pōt eē verū: ḡ nō teneor credere φ dictū
ſuū ſit verū: ḡ Judei nō tenebātur credere
ꝓphetis de Chriſto de Meſſia mittēdo: qꝛ
nō obſtāte quacūq̄ꝫ ꝓphetia Hieremie vł̄
Eſaie de filio incarnādo vł̄ de Meſſia mit-
tēdo: credere debuerūt φ oppoſitū potuit
euenire: ꝛ ꝑ ꝯñs φ ꝓphetia talis non fuit
Duode- cima. certa. Preterea φ de⁹ nō poſſit reuelare cō
tingētia futura: arguit̄ ſic. Sit ſoꝛ. nunc in
charitate: ꝛ reuelet ſibi de⁹ φ cras peccabit
mortalr̄: ḡ ſoꝛ. pōt h̄ licite velle. ꝯñs impoſſi-
bile: ḡ añs. impoſſibilitas pʒ. qꝛ ſeq̄t̄: vult
eē in pctō mortali: ḡ eſt i pctō mortali: ꝛ vl
tra: ḡ peccat mortalr̄. Et ſilr̄ ex eodē ſeq̄t̄ φ
licite vult eē in pctō mortali: ḡ non peccat
mortalr̄ ſic volēdo. ꝯña ꝓbat̄: qꝛ poſito iſto
caſu: ſoꝛ. ſcit deum velle ipm̄ cras peccare
mortalr̄: ḡ pōt ſe ꝯformare diuīe volūtati.
Jtē eodē caſu poſito / ſeq̄t̄ φ cōtradictoria
aliq̄n nō ſint ſil vera: igit̄ caſus ē ipoſſibilis
Añs ꝓbo: qꝛ ſoꝛti eſt reuelatū φ peccabit: ḡ
ſoꝛ. volet peccare. Ex alia parte ſoꝛ. ſcit φ ſi
peccet erit miſer: ḡ nō poteſt velle peccare.
ꝯña pʒ ꝑ Anſ. de caſu dia. c. xxiij. vbi ꝓbat
φ angel⁹ nō potuit p̄ſcire caſum ſuū. Pre Decia- tertia.
terea ſi deus poſſet reuelare ꝓpoſitionē de
futuro: q̄ rōne vnā ꝛ aliā. Ponat̄ igit̄ φ in
rei veritate ſoꝛ. ſit dānād⁹: ḡ pōt hoc de⁹ reue
lare ſoꝛ. Quo facto arguit̄ φ ſoꝛtes deſpa-
bit: qꝛ tenet̄ credere deo: ḡ deus erit auctoꝛ
iſti⁹ deſpatiōis: ꝛ ſic erit auctoꝛ pctī. Pre Decia- quarta
terea reuelet de⁹ Gabrieli φ ſoꝛ. ſꝑ erit in
charitate: ꝛ ſil cū h̄ p̄cipiat Gabrieli φ iu-
uet ſoꝛ. q̄ꝫdiu ē in charitate. iſtis poſitis ad
huc remanet in libera facultate ſoꝛ. peccan
di qꝛ nec reuelatio eū ipediret: nec preceptū
datū Gabrieli manifeſtū eſt. Ponatur ḡ φ
peccat: quo facto q̄ro vtrū Gabriel tenet̄
eū iuuare an nō? Si ſic: cōtra. nō ē in chari
tate: ḡ Gabriel nō tenet̄ eū iuuare. Si non:
ꝯ. Gabriel credit φ ſꝑ erit in charitate ꝑ re
uelationē: ḡ ſꝑ tenet̄ eū iuuare. Preterea Decia- quinta
reuelet de⁹ ſoꝛti exñti in charitate φ finalr̄
dānād⁹ ē: q̄ro tūc vtrū ſoꝛ. pōt iuſte oꝛare ꝓ
ſua ſalute an nō? ḡ ſi ſic pōt iuſte velle oppoſi
tū illi⁹ qḋ ſcit deū velle ꝑ reuelationē. ꝯñs
falſum. ſilr̄ ſi liceret ſibi oꝛare ꝓ ſeipſo caſu
poſito: ſic liceret eccl̄ie oꝛare ꝓ hoīb⁹ de q̄-
bus ipa eēt certa φ dānarent̄. ꝯñs falſum
ꝛ ꝯ Aug. li. xxj. de ciui. dei. c. xxiiij. vbi dicit
Deniq̄ꝫ ſi de aliquib⁹ ita certa eſſet eccleſia
vt q̄ ſint illi. ſ. dānandi etiā non noſſet: qui
licʒ adhuc in hac vita ſint cōſtituti: tñ p̄de
ſtinati ſūt in ignē eternū ire cū diaboloꝝ tā
ꝓ eis nō oꝛaret q̄ꝫ nec ꝓ ipſo. Ex hac aucto
ritate arguit̄ φ reuelatū nō eſt cōtingens
poſt reuelationē. qꝛ ſi ſic: dato φ reuelatū
foret eccl̄ie de ſoꝛ. φ eſt dānād⁹: ꝛ tñ adhuc
hec foret cōtingens: ſoꝛtes dānabit̄: ergo li
ceret ſperare de ſoꝛte ꝛ oꝛare ꝓ eo: ergo ſm̄
mentē Aug. facta tali reuelatione hec foret Rñſio- Replis ca.
ita vera: ſoꝛtes damnabit̄: ſicut hec: diabo-
lus dānabitur. Si dicat̄ φ caſu illo poſito
ſoꝛtes nō pōt iuſte oꝛare ꝓ ſalute ſua. Con
tra. ſoꝛ. eſt viatoꝛ: ḡ tenet̄ ex precepto velle
ſalutē ſuā. Silr̄ ꝑ caſum ſoꝛ. eſt in charitate
etiā poſt reuelationē: ḡ diligit ſe ad btitu-
dinē. Similit̄ nō pōt nō velle btitudinem
ergo pōt licite oꝛare vt habeat eā. Similit̄
facta tali reuelatione tenet̄ diligere proxi-
mū: ergo ſeipſum: alioquin nō ſeruaret oꝛ-
dinē charitatis: ḡ iuſte pōt oꝛare ꝓ ſalute

ſua. Cõſequētia ptȝ: q2 põt iuſte orare pro illo quē tenet naturalr diligere: ⁊ ſilr ex p̄-
Decia ſexta. cepto. ergo ⁊c. Preterea. Si reuelatum a deo eſt cõtingens: ſequit ꝙ hec fuit cõtingens poſt aſſertionem chriſti dictā Petro. Ter me negabis. Petr⁹ negabit chriſtum. Cõſequēs falſum: q2 ſequit: Petr⁹ nõ negabit chriſtū: ℊ chriſt⁹ dixit falſum aſſertiue.
Decia ſeptia. Preterea. Si ſic: tūc poſtꝙ̄ ſudauerat pre timore mortꝭ: hec fuiſſet cõtingēs: chriſtus ſudauit ꝓpt timorē mortꝭ future: ℊ ꝓ tuit eē falſa: ⁊ ſic ſine cā ſudaſſet ⁊ fruſtra timēs vbi nõ erat timor: ⁊ fuiſſet deceptus.
Decia octaua Preterea. Hec eēt oīno cõtingēs: Gabriel vidit ī ꝟbo ꝙ dies iudicij erit. Cõſequētia ptȝ: q2 ſeqtur: dies iudicij non erit: ℊ verbū nunꝗ̄ reuelauit diē iudicij fore: ⁊ vltra: ergo nunꝗ̄ Gabriel h̄ vidit in ꝟbo. Primum añs eſt poſſibile. ℊ vltimum ꝯñs. Falſitas ꝯñtis ptȝ: q2 Gabriel reuelauit h̄ Danieli: ſȝ nõ reuelauit ſibi illud niſi qḋ vidit ī ꝟbo ſȝ hec eſt neceſſaria: Gabriel reuelauit h̄ Danieli: ℊ et iſta: Gabriel vidit hoc in verbo.
Decia nona. Preterea. Si ordinatū manet cõtingens ſeqtur ꝙ in ptāte ſortis eſt facere ꝙ de⁹ p̄deſtinauit eū: ⁊ ſilr ꝙ de⁹ eū reprobauit ab eterno: ⁊ ſic põt ſortes eſſe cā ſue p̄deſtinatiõis q̄ fuit ab eterno. Et ſilr electio dei dependeret totalr a volūtate creata. Cõſequētie patēt: q2 ī ptāte ſortꝭ eſt bñviuere: q2 eſt viator: ℊ põt eē p̄deſtinat⁹: ⁊ hȝ hoc in ſua ptāte. Silr põt male viuere eadem rõne. ℊ
Vigeſima. ⁊c. Preterea. Creet de⁹ vnū angelū in naturalib⁹ pfectū in cognitione cauſarū creatarum: ſȝ nõ ꝯfirmet eū: ⁊ reuelet ei in ꝟbo ꝙ ſortes cõmittet homicidiū pro q̄ puniet in iferno pena certa q̄ ſit a: volo etiā ꝙ de⁹ p̄cipiat illi angelo ꝙ nihil velit niſi qḋ videt deū velle. Et pono ſilr ꝙ pro prima bona volitione cõformi diuine volitioni deus eū cõfirmet: ⁊ ſil' cū hoc ꝙ iſte angel⁹ velit ſorti penā: q2 videt in ꝟbo deū h̄ velle: ⁊ ꝓ hac volitione cõfirmet. Iſto caſu poſito arguit ſic. Iſte angel⁹ voluit penā infligi ſorti pro homicidio: q̄ro tūc vtrū neceſſario hoc eueniet: an põt non euenire? Si neceſſario eueniet: habet ꝓpoſitū: q2 reuelatū non eſt ꝯtingēs poſt reuelationē. Si põt nõ euenire: arguit ſic. Sortes nõ peccabit: ℊ de⁹ nõ voluit ſortē puniri ꝓ pctõ a. ⁊ vltra: ℊ iſte angel⁹ nūꝗ̄ voluit penā a infligi ſorti. Cõſequētia ptȝ: q2 nūꝗ̄ vidit hoc ī ꝟbo: et nullū aliū bonū actū fecit: ℊ iſte angel⁹ eſt ꝯfirmat⁹ ſine q̄cūq3 merito. Añs primū. ſ. iſtud: ſortes peccabit: ē cõtingēs ad vtrūlibet: ℊ vltimū. Cõſequēs eſt poſſibile: ℊ nūc eſt poſſibile ꝙ iſte angel⁹ nūꝗ̄ fuiſſet cõfirmat⁹ ꝓ merito ſuo. Itē arguit ſic. Iſte angel⁹ voluit penā a ſorti infligi: ⁊ de⁹ nunꝗ̄ voluit: ℊ iſte peccauit mortalr: q2 ꝯ̄ p̄ceptū voluit aliud ꝙ̄ vidit deū velle: ⁊ pro eodē actu fuit cõfirmat⁹: ℊ fuit cõfirmat⁹ ꝓpter pctm̄ mortale. Primū añs eſt poſſibile: q2 vna ps eſt neceſſaria. ſ. iſta: iſte angel⁹ voluit penā a infligi ſorti. ⁊ alia ps eſt ꝯtingēs. ſ. iſta: de⁹ nūꝗ̄ h̄ voluit. ⁊ ptes ſunt cõpoſſibiles: q2 nihil repugnās neceſſario eſt cõtingēs: igit totū añs eſt poſſibile: igit hec eſt poſſibilis: iſte angel⁹ meruit cõfirmari q2 peccauit mortalr: qḋ eſt incõueniēs. Item p̄cipiat de⁹ ſorti exñti in charitate ꝙ nihil velit niſi qḋ appet ſibi rõnabile: nā hoc p̄ceptū videt ſatis iuſtū. Pono ℊ ꝙ de⁹ reuelet ſibi reuelatiõe clara vnū effectū cõtingēter futurū: q̄ ſit a fore: ⁊ credat ille p rõnē ꝓpriā ꝙ a nõ eſt effect⁹ futur⁹: reuelatiõe facta pono ꝙ vult a fore: ſicut videt ex reuelatione: ⁊ duret ſua volitio p horā. Iſto caſu poſito q̄ totus eſt poſſibilis: ſit a fore adhuc cõtingēs. Probat ꝙ hec ſit cõtingens ſortes ſil' fuit in grā ⁊ in pctõ mortali. cõſequens falſum. cõſequētia probat ſic. Sortes in principio hore: ⁊ p totā horā fuit in charitate: ptȝ p caſum: ℊ hec eſt oīno neceſſaria: ſortes p hāc horā fuit mõ ī charitate ⁊ hec eſt ꝯtigēs: ſortes ī hac hora peccauit mortalr: ℊ hec copulatiua eſt ꝯtingēs: ſortes fuit in charitate: ⁊ peccauit mortaliter. Qȝ autē hec ſit cõtingēs: ī fine hore ſortes peccauit: ꝓbo: q2 in fine hore hec eſt cõtingens: a nõ erit. Et ſequit: ℊ ꝟbū nūꝗ̄ rep̄ſentauit a fore. ⁊ vltra: ℊ ſortes nunꝗ̄ vidit in ꝟbo a fore: ℊ voluit a fore ſine q̄cūq3 rõne: imo ꝯ̄ rõnē: q2 extimatiõe ꝓpa ſortes credit a nõ fore: ℊ nihil fuit ſibi reuelatum in ꝟbo de a fore: ⁊ ipſe voluit a fore: ℊ voluit a fore ſine ratione: ⁊ ſic cõtra p̄ceptū ſibi factū: igitur in tota hora peccauit mortaliter. Primū añs eſt cõtingens: vicȝ a nõ erit: ergo vltimū cõſequēs: ℊ hec eſt in fine hore date cõtingens: ſortes ſil' fuit in charitate ⁊ in pctõ mortali: qḋ eſt impoſſibile.
Preterea. Si reuelatū maneret cõtingēs ſequitur ꝙ deus poſſet facere preteritū nõ eſſe preteritū. Conſequens eſt falſum ⁊ contra Ariſt. vj. Ethi. c. ij. vbi di. Nõ ꝯſiliamur Vigeſima prima.

de facto:ſ; de futuro ⁊ cõtingẽti: factũ aũt
nõ contingit nõ fieri: ꝓpter q̇ꝺ recte dixit
Agathon. Solo em̃ ipo priuat̃ deꝰ ingeni
ta facere q̃ vtiq; ſũt facta. Cõſequẽtia p;:
q: ſi deꝰ reuelauit Petro ꝙ dies iudicij erit
iõ veritas huiꝰ fuit qñ Petrꝰ fuit: ğ v̇itas
huiꝰ iã eſt p̃terita: ſ; deus põt facere mõ ꝙ
dies iudicij nõ erit: ğ põt facere ꝙ nũq̃ fu
it hec vera. ⁊ vltra: ğ nũq̃ fuit veritas hu
ius in Petro: igit̃ deꝰ põt facere ꝙ p̃teritũ
nõ ſit preteritũ. Et ſic eſt concedẽdũ ꝙ aliq̃
res heri fuit: ⁊ tñ hodie nunq̃ poteſt fuiſſe
q: v̇itas huiꝰ dies iudicij erit: fuit heri: et
Nonũ punc. tñ põt nunq̃ fuiſſe. Nono ad principale
ſic: ꝙ deꝰ ab eterno ſciuit oĩa futura talia q̃
ſunt vera contingẽter: aut ſciuit ea neceſſa
rio vel contingẽter. Si neceſſario: ğ poſito
ꝙ deꝰ noluiſſet aliq̃d creaſſe: adhuc ſciuiſ-
ſet iſtud: ãtichriſtꝰ erit: deꝰ ꝓducet mũdũ. cõ
ſequẽs falſũ. Si ꝯtingẽter: tũc fuiſſet poſ-
ſibile ꝙ deꝰ non ſciuiſſet iſta: ponat̃ in eſſe
⁊ ſequet̃ ꝙ deꝰ non potuit creare mundũ:
nec producere muſcã: nec aliq̃d tale. Conſe-
quẽtia p;. q: nihil poſſet ꝓduxiſſe nõ ſciẽ
ter: ğ ſi poſſibile fuit eũ nihil taliter non ſci
re: poſſibile fuit eũ nihil oĩno poſſe ꝓduce-
re: igit̃ poſſibile fuit eũ non eẽ oĩpotentem
Itẽ ſic. Aut deꝰ mõ ſcit antichriſtũ fore ne
ceſſario: vel libere ⁊ ꝯtingẽter. Si neceſſario
igit̃ ĩpoſſibile eſt ꝙ antichriſtus non ſit: ꝙ
deꝰ non poteſt nolle ãtichriſtũ fore. Et dato
ꝙ nollet: adhuc eẽt futurus: q: neceſſario ſcit
Rñſio eũ eẽ futurũ. Si dicat̃ ꝙ deꝰ libere mõ ſcit
Repli. ãtichriſtũ fore: igit̃ põt h̃ neſcire qñ placz ſi-
bi. Ponat̃ in eẽ: ⁊ nihil accidit ĩpoſſibile: de
us non ſcit ãtichriſtũ fore: ğ non põt creare
ãtichriſtũ: q: nihil põt creare niſi ſciẽter. Si
militer deꝰ non poteſt tũc velle antichriſtũ
fore: q: non appꝛ̃hẽdit ãtichriſtũ fore. Et po
teſt totũ argumentũ fieri de appꝛ̃hẽſione vł
de cognitione. Preterea. Si deꝰ eſt: mõ ẽ
ſciẽtia iſtiꝰ/ antichriſtꝰ erit: ⁊ põt non eẽ ſci
entia huiꝰ. Ponat̃ in eẽ. tũc arguit̃ ſic. Deꝰ
fuit ſcientia iſtiꝰ: ⁊ modo non eſt ſcĩa iſtiꝰ:
ergo aliq̃ mutatio facta eſt in deo vł in crea
tura. Non in creatura: planũ eſt: q: ãtichri
ſtus nondũ eſt. nec mutatio in aliqua crea
tura faceret aliq̃d ad ꝓpoſitũ. igr̃ deꝰ põt
facere ꝓpoſitionẽ verã poſtq̃ non fuit ve-
ra ſine ꝓductione noue rei vel deſtructione
antique ⁊ ſine mutatione. Nec valet ſi dica
tur ꝙ lapſus tẽporis ſufficit ad hoc ꝙ an-
tichriſtus ſit futurus vel non futurus: p;.

Decimo ad p̃ncipale ſic. Oẽ neceſſario fu Deci-
turũ erit: ergo nihil contingẽter erit. Añs mũ p̃n
ꝓbo. nã antichriſtus neceſſario erit: ⁊ pari
rõne oẽ aliud ſiue quodlibet aliud. Añs ꝓ
batur. Sit a inſtãs in quo antichriſtꝰ erit:
⁊ arguo ſic. In a ita erit ꝙ ãtichriſtꝰ neceſſa-
rio erit: ergo in a antichriſtꝰ neceſſario erit.
Conſequẽtia videt̃ bona. Añs ꝓbo: q: in a
inſtanti hec erit vera: antichriſtꝰ neceſſario
erit: q: cũ ſit primo in a: ⁊ nõ ſolũ manet ꝑ
inſtans: ğ erit neceſſario poſt illud inſtans:
ergo in a erit hec vera: antichriſtꝰ neceſſa-
rio erit in a: ergo ⁊c. Preterea. Si anti-
chriſtus cõtingẽter erit in a: tũc arguit̃ ſic.
In a antichriſtꝰ erit neceſſario: ⁊ antichri-
ſtus cõtingẽter erit in a: ergo cõtingenter
erit qñ neceſſario erit. Probo illã maiorẽ: vi-
delicet in a antichriſtꝰ neceſſario erit: q: in a
erit hec vera: antichriſtꝰ neceſſario erit. ⁊ nõ
ſignificabit aliud niſi antichriſtũ neceſſario fu
turũ eẽ: ergo in a antichriſtus neceſſario erit. B
Ad oppoſitũ: deꝰ volũtarie ⁊ libere ꝓdu- Ad oppoſitũ.
xit mundũ: ergo anteq̃ ꝓduxit voluit pro-
ducere mũdũ. ⁊ ſciuit ꝙ nihil ĩpediret ſuã
volitionẽ: q: eſt oĩpotẽs: ergo ſciuit ꝙ mũ-
dus ꝓduceret̃ a ſe: ſ; hoc nunq̃ incepit ſci
re: ğ ab eterno ſciuit ſe ꝓducturũ mundũ.
Ad queſtionẽ dico ꝙ ſic: ſed pro diuerſis Rñſio ad queſtionẽ. deciſio qõnis.
materijs q̃ tacte ſunt in arguẽdo/ faciẽda
ſunt decẽ ꝑ ordinẽ. Primo volo inq̇rere an
res habuerit eẽ ab eterno diſtinctũ a deo.
Secũdo an res create habeãt vł habuerũt
aliq̇ꝺ eẽ ĩ deo. Tertio an re nõ exiſtẽte ſint
tales ꝓpõnes cõcedẽde: roſa intelligit̃: ro-
ſa concipit̃ ⁊ hmõi. Quarto an veritas ꝓ-
poſitionis ſit alia res a ꝓpõne. Et hec q̃tu
or tangunt̃ in primo ⁊ q̃nto ⁊ ſexto p̃ncipa
li. Quinto inq̇ret̃ an deꝰ potuerit ꝓduxiſſe
mundũ ab eterno. Sexto an potuerit pro-
ducere mundũ meliorẽ q̃ fecit. Septio an
in ꝓpõnibꝰ de futuro ſit veritas determi-
nata. Octaua an deꝰ poſſit reuelãdo cau-
ſare in creatura notitiã futurorũ cõtingen
tiũ. Nono an reuelatũ a deo poſt reuelatio C
nem maneat contingẽs. Decimo reſtat ſol Articulus primus.
uere formas argumẽtorũ. Circa primum
articulũ dico plane ꝙ res alie a deo nullũ
eẽ habuerũt ab eterno diſtinctũ a deo: neq;
eẽ quidditatiuũ: neq; eẽ potẽtiale: neq; eẽ
repreſentatiuũ: ſm̃ q̇ꝺ diuerſi antiq̇ꝰ opi-
nati ſunt. Et hoc ꝓbat̃ breuiter: q: ſi ſic: q̃-
libet res fuiſſet ab eterno: q: oẽ q̇ꝺ habuit
eẽ reale ab eterno: fuit vera res ab eterno:

ꝙ ſi ſortes habuiſſet eẽ reale ab eterno: ſor-
tes fuiſſet vera res: ſʒ nulla res alia a ſorte
ꝙ ſortes fuiſſet ſortes ab eterno: ⁊ ſic nūꝙ
creatꝰ a deo: nec genitꝰ ab hoie. Et eodem
modo cōtingit arguere ꝙ totꝰ mūdus fu-
iſſet ab eterno: ⁊ ꝙ antichriſtꝰ vere eſt mō
⁊ nihil foret futurū. Uñ de iſtis q̄ videtur
D absurda: nō plus ad pſens. Circa ſcōm
Articu- articulū videlicet vtrum res create habue-
lus ſe- runt aliqͦd eẽ in deo ab eterno. Dico ꝙ pro-
cūdus. prie loquēdo nihil eſt in alio niſi locatū in
loco: vel pars ĩ toto: vel forma in ſubiecto
ſed creature nullo iſtorū modorū fuerūt in
deo ab eterno: ⁊ idō ꝓprie nō ſunt ĩ deo. Di-
cūt tñ ſcti creaturas eẽ in deo ĩproprie: q̄a
cognoſcit eas ⁊ pōt ꝓducere: ſicut ſeruꝰ po-
teſt eẽ in dño: q2 pōt eum monere. vel ſicut
opꝰ fuit in artifice: q2 ſciuit id facere. Et de
iſtis ſatis ſufficiēter dicit Mag. ſentē. li. j.
di. xxxv. c. v. Oīa dicunt eẽ in deo ⁊c. Et in
fine ſubdit dicēs. Ex hoc ſenſu igit oīa dicū-
tur eẽ in deo: ⁊ oẽ qͦd factū eſt dicit vita eẽ
in ipſo: non ideo q2 creatura ſit creator: vel
q2 iſta tēporalia eẽntialiter ſint in deo: ſed
q2 in eius ſciētia ſemꝑ ſunt q̄ vita eſt: hec il-
le. Nec de hoc articulo eſt maior difficultas
Uñ planiꝰ hoc docet Magr̄ in fine di. iſtiꝰ
ita dicēs. Ecce hic plane aperit Augu. ex q̄
intelligētia ↄ̄cipiēda ſunt hmōi v̄ba. Oīa
deo preſentia ſunt: in deo ſunt oīa: vel cū
deo: vel apud deū: vel in eo vita: q2 ineffa-
E bilis oīm cognitio eſt in eo. hec ille. Cir-
Articu- ca tertiū articulū reſtat videre an roſa non
lus ter- exiſtente hec ſit ↄ̄cedēda: roſa ↄ̄cipit: ro-
tius. ſa intelligitur. Et eſt hic vnꝰ modus dicēdi
Opio ꝙ ſic: q2 tales termini: concipi: intelligi: co-
gnoſci: ⁊ eis equalentes pñt verificari tam
de terminis ſupponētibus pro nihilo ſicut
pro re. Pōt eñ homo intelligere eſſe illud
qͦd nihil eſt ſm iſtos. ↄ̄cedunt eñ ꝙ illud
qͦd nihil eſt/eſt intelligibile ⁊ cognoſcibile
immo illud cui repñtat eẽ pōt intelligi: ⁊ a
nobis imaginādo cognoſci. Uñ intellectus
format ꝓpoſitiones de nō entibꝰ; ⁊ habet
de eis conceptꝰ tā cōplexos ꝙ incōplexos.
Et dr̄ pdicatū ineſſe ſubiecto nec pro ſe nec
pro alio exiſtēte: ſed pro illo qͦd nihil eſt: ac
ſi eēt illud. Iſtud cōfirmat per Anſel. de ca-
ſu diaboli. c. xj. Multa eñ inqt dicunt ſm
formā loquēdi: q̄ nō ſunt aliqd ſm rē. Sic
ut eñ dicimꝰ de aliquo ꝙ hʒ viſum: ⁊ vi-
ſus eſt in eo: ita dicimꝰ ꝙ habet cecitatem
⁊ cecitas eſt in eo: cū hec nō ſit aliqd: ⁊ hāc
habere nō ſit habere: q2 cecitas nō magis
eſt in oculo vbi dʒ eẽ viſus: ꝙ nō viſus vel
abſentia viſus in lapide vbi viſus non de-
bet eẽ. Et infra. Multa quoqʒ ſilr̄ dicunt
aliqd ſm formā loquēdi q̄ nō ſunt aliqd:
qm̄ ſic loqmur de illis ſicut de rebꝰ exiſten-
tibꝰ. Et illo mō malū ſignificat aliqd: et ꝙ
ſilr̄ eſt aliqd nō ſm rem: ſed ſm formā lo-
quendi. Et infra. Et tñ negamꝰ aliqd oīno
eẽ qͦd dicit aliqd: dicimꝰ hoc qͦd dicit nihil
eſt: nā ⁊ hoc ⁊ quoddā proprie non dicunt
niſi de eo qͦd eſt aliqd. ſʒ cū ita dr̄ ſicut mō
dixi: nō dr̄ eo ꝙ ſit aliqd: ſʒ q2 aliqd dicit.
hec ille. Iſtud cōfirmat ꝑ rōnes multipli- Proba-
citer. Primo ſic Quilibet experit ꝙ pōt co- tur opi-
gitare ⁊ recordari hoīs mortui: alr̄ nō poſ- nio.
ſet hō dolere de morte pr̄is ſui: nec orare ꝑ Primo
aīa pr̄is ſui. Itē ſi non poſſet hoc: ꝙ neqʒ Scdo.
cōteri ⁊ cōfiteri de pctis ſuis. Itē nō poſ-
ſemus ꝓuidere de futuris: q2 nec cogitare Tertio
de eis. Itē hō timet mortē naturalr̄: er- Quar-
go cogitat de morte. Silr̄ ſpes ⁊ deſideriū to.
ſunt tm̄ futurorꝫ: ergo futura ſperant ⁊ in-
telligunt. Itē oẽ libere operās pmeditat Quito
opꝰ ſuū: ⁊ edificator pimaginat domū: et
pictor ſtatuā; alioqn nunꝙ ꝓduceret. Itē Sexto
oẽ operās ꝑ intellectū ⁊ ꝓpter finē intelli-
git finē quē intēdit ꝓſeq ꝑ opationē: igit
finis qn̄ nō eſt/intēdit: ⁊ ꝑ ↄ̄ns intelligit.
Et nō pōt dici ꝙ finis ſit in aīa: quia ſic eſt
agens motū. xij. metaphi. Finis preintelli-
gitur ſm eſſe extra aīam: ⁊ ſm illud ꝓtūc
nō eſt: igit ⁊c. Preterea Aug. xj. de ciui. c. Septi-
x. Deꝰ nō aliqd neſciēs fecit. qͦd nec de qli- mo.
bet hoie artifice recte dici pōt. Porro ſi ſci-
ens fecit oīa: ea vtiqʒ fecit q̄ nouerat. Ex q̄
inquit Aug. Occurrit aīo quiddā mirū: ſed
tamē verū: ꝙ iſte mūdus nobis notus eſſe
nō poſſet niſi eſſet: deo aūt niſi notus eſſet
eſſe nō poſſet. Itē. xv. de trini. c. xiij. Uni- Octa-
uerſas creaturas ſuas ⁊ ſpiritales ⁊ corpa- uo.
les nō q2 ſunt ideo nouit: ſed ideo ſunt q2
nouit. Nō eñ neſciuit q̄ fuerat creaturꝰ: q2
ergo ſciuit: creauit: nō q2 creauit/ſciuit: nec
alr̄ ſciuit creata ꝙ creanda. Preterea. Da- Nono.
to ꝙ vidiſſes ſortē interficere pla. ⁊ poſtea
deꝰ vtrūqʒ adnihilaſſet: certū eſt ꝙ poſſes
poſt aſſertionē chriſti: chriſt⁹ voluit fallere Petrū. chriſt⁹ dixit falſum ſciū eē falſum. qꝛ aīa chriſti credidit chriſtū dicere verum. chriſt⁹ nō fuit decept⁹: qꝛ aīa chriſti nūc fuit decepta: ⁊ chriſt⁹ putabat eē vez qḋ aīa chriſti putabat eſſe falſum. lʒ eīm nulla iſtaꝝ ſit vera: tñ q̄libet iſtaꝝ eſt poſſibilis ꝑ cōicationem idiomatū. Ad ſcḋm cū dꝛ/ de⁹ nō pōt reuelare futura ꝯtingētia ſic ꝙ poſt reuelationem maneant ꝯtingentia. qꝛ ſi ſic: aliq̄s iuſte dānatus ante centum annos pōt mō nunq̄ fuiſſe iuſte dānat⁹. Nego ꝯñam. Ad ꝓbationem cū dꝛ ꝙ aliquis de ſecta Saduceorū eſt dānatus: qꝛ credidit hoc falſum: reſurrectio nō erit. Reſpondeo ꝙ poſſibile eſt iſtū dānatū crediſſe hoc falſum: poſito ꝙ nunq̄ credidit falſum niſi illud tātū. ⁊ nego ꝯñam: ḡ eſt poſſibile ꝙ ſit iniuſte dānatus qꝛ credidit verū qḋ nō debuit credere: ⁊ noluit falſum credere qḋ tñ hūit credere ſub precepto: poſita falſitate iſtius reſurrectio non erit. Ad tertiū dicendū ꝙ admiſſo caſu debet cōcedi ꝙ ſortes nunq̄ voluit difformiter deo in volendo platonē dānare: qꝛ tñ voluit oppoſitū iſtius qḋ preceptum fuit ſibi velle: ḡ peccauit: ⁊ iuſte fuit dānatus. Ad quartū cōcedo ꝙ mō eſt in ptāte mea facere ſic aliquē mortuū ante cētum annos fuiſſe ꝓphetam: iſte terminus propheta eſt terminus cōnotatiuus: cuius ſignificatū eſt aliq̄d predicēs verū. ⁊ planū eſt ꝙ ſi de me aliq̄s predixit aliq̄d me facturum: cū poſſum facere ⁊ non facere libere: ꝯñs eſt ꝙ poſſum facere eū fuiſſe ꝓphetā ⁊ non fuiſſe ꝓphetam. qꝛ poſſum facere ꝙ ipſe dixerit verū aut falſum. i. poſſum facere ꝙ hec ꝓpoſitio ſit vera vel falſa: ſicut placet mihi: talis homo fuit ꝓpheta: accipiendo ꝓphetam ſtricte ſm diffinitionē ꝓphete. ⁊ iō poſt tempus in quo aliquis ꝑdixit futuꝝ: ꝯtinue donec fuerit impletū: hoc eſt ꝯtingens/ ille ꝓphetauit: iſto demōſtrato. Unde hec eſt hodie cōtingens. Job ꝓphetauit de reſurrectione. ⁊ quelibet talis contingens: Job credidit vez de reſurrectiōe ⁊ hmōi. ⁊ ꝯcedēdū eſt ꝙ aliq̄s ꝓphetauit: ⁊ pōt nunq̄ ꝓphetaſſe. ⁊ ꝙ aliq̄s dixit verū ꝑ totā vitā ſuā: ⁊ poteſt adhuc ita eſſe ꝙ nunq̄ dixerit vnā ꝓpōnē verā. hec oīa patent ex p̄cedentib⁹. Ad diffinitionē ꝓphetie cum dꝛ ꝙ eſt diuina inſpiratio ⁊c. preter veritatem immobili neceſſitate demonſtrata ⁊c. Intelligo hāc diffinitionē de veri

Ff

Ad ſecundū octaui princi.

Ad tertium.

Ad quartum.

De prophetia.

tate immobili multoꝝ ↄtingentiū. sicut lo/quitur Ans. de imobili necessitate futurorū. dicit eīn lib. ij. Cur deus hō. c. xvij. ꝙ illud qđ deus ꝓponit anteꝙ fuerit: non potuit nō esse futurū. Et alibi dicit. rem futurā ne esse est eē futurā. Qualiter aūt hec necessi/tas sit intelligenda/declarat de ȝco2. c. ij. ꝛ

Necessitas est duplex

aliter in loco pallegato: dicens ꝙ est duplex necessitas: precedens/ꝛ subsequēs. Necessi/tas ꝓcedēs est cā vt res sit. Necessitas sub/sequēs est necessitas quā res facit. Uult di/cere ꝙ tales ↄditionales sunt necessarie. si aliqđ est futurū: illud erit. si deus sciuit ali/qđ esse futurū: illud erit. si Job ꝓphetauit resurrectionē: resurrectio erit. ꝛ dicit b̄ idē Boeti⁹ sub ṽbis magis ↄuenientibus. iiij. de ↄsolatione ꝓsa vltima. Duplex est neces/sitas. Una simplex: videlicet oēs hoīes esse mortales. Scđa ↄditionalis: vt si aliquem ambulare scias: eum ambulare necesse est. Hec distinctio ponit̄ ab alijs in ista mate/ria sub istis ṽbis. Quedā est necessitas cō/sequētie: ꝛ quedā necessitas ↄñtis. Cū ḡ ōt ꝓphetia hꝫ immobilē ṽitatē: hoc est neces/sitatem: verā est ↄñtem vel ↄditionalē vel respectiuā: nō aūt absolutā ↄñie. Et sic ↄco2/dant dicto Ans. ij. cur deus hō. c. xvij. vbi inqrit an christ⁹ potuit voluisse seruare vi/tā suā: ꝛ dicit ꝙ illud qđ de⁹ ꝓposuit anꝙ fuit: nō potuit nō esse futuꝝ: hoc ē dictū/ b̄ ↄditionalis est necessaria. si de⁹ ꝓposuit ali/qđ futurū: illud est futuꝝ. Nā de ↄco2. c. ij. dicit. Aliq̄ res vt q̄dā actio non necessitate futura est: q2 priusꝙ fit/ fieri potest vt non sit futura. re vo futurā necesse est eē futurā vn̄ futurū nō pōt esse futuꝝ simul ꝛ nō fu/turū. ꝛ infra. Cras seditio futura in ꝓpo/nō de necessitate erit seditio. pōt eīn fieri anꝙ fiat vt nō fiat. Ecce plane vult dicere ꝙ futurū pōt eē nō futurū: ꝛ tn̄ hec ē necessa/ria: oē futuꝝ est futurū: ꝛ ꝙ impossibile est ꝙ aliqđ simul sit futurū ꝛ non futurū: lꝫ sit verū ꝙ aliqđ sit futuꝝ ꝛ pōt nō esse futuꝝ: ꝛ aliqđ nō est futurū ꝛ pōt esse futurū. im/ꝓprie hec dicunt̄. sed si habeat̄ intellect⁹ in proposito difficultatis: nō est cura an im/

Replica.

proprietas sit. Contra. capio illud quod nō est futurū: sed pōt esse futurū: ꝛ sit a. et ar/guo sic. a nō est futurū: ꝛ pōt esse futurū: er/

Rn̄sio.

go pōt incipere esse futurū. Rn̄deo ꝙ totū argumentū fit in locutionibus improprijs q2 nihil est tale: qđ non est nec est futurū: ꝛ pōt esse futurū. sed intelligo ꝑ istā/ aliquid nō est futurū et pōt esse futurū: ꝙ hmōi ꝓ positiones in aliqua materia sunt cōceden de: a nō est nec erit: ꝛ tamen a potest fore. ꝛ tunc valet ↄñā: a pōt incipere esse futurū.

Ad quintū.

Ad quintū de ap̄lo. j. Co2. xv. potest in/telligi. si christus nō hꝫ ptātem suscitandi mortuos: ḡ nec christus resurrexit. Un̄ vult ꝓbare possibilitatē resurrectiōis: et simili/ter psuadere ṽitatē eiusdē ꝙ christ⁹ docuit hoc eē credēdū. Unde est talis ↄñā. si mor/tui nō resurgunt. i. si mortui resurgere non possunt: ḡ nec christus. ↄñā est bona: lꝫ añs sit impossibile: sicut dicit Aug. lib. ij. de do/ctri. christiana. Ad ↄñam Michee. iij. Reg. xxij. Si reuersus fueris in pace ꝛc. ↄditio/nalis est vera: añs fuit ↄtingēs: ꝛ ↄñs sil̄r.

Ad sextum.

Ad sextū ↄcedo ꝙ hec est ↄtingens: aīa christi fuit btā. hic tn̄ ille terminus beatus dꝫ sic exponi: fruit̄ ꝛ semp fruet̄ deo: sicut pꝫ.

Ad septimū.

Ad septimū patet quō de⁹ pōt certi/ficare: ꝛ quō nō: per pdicta in primo articu/lo posito de illa materia. Ad glossam illam ꝙ christ⁹ ē ṽitas: q̄ seipsm negare nō pōt: ꝛ tn̄ faceret si dicta sua nō impleret. Uult dicere ꝙ deus implet ꝓmissiones suas ita certitudinaliter ac si nō posset nō implere. Et eodē mō dico ad illud Lu. xxiiij. Neces/se est adimpleri oīa ꝛc. hoc est/ illa adimple/bunt̄ ac si nō posset impediri.

Ad octauū

Ad octauū ↄcedo ꝙ angeli sunt confirmati: potest ta/men ita esse ꝙ nunꝙ fuerunt confirmati. Omnes alie forme argumentoꝝ possunt solui per predicta in articulis.

¶ Sequitur questio tertia.

Ar Qō. iii. Primū princi.

Queritur vtrū de/mones libere peccauerūt. Et videt̄ ꝙ nō: q2 tūc malus an/gelus peccasset volēdo aliqđ iniuste. ↄñā patet per Ans. de casu diaboli ca. iiij. Nullus iustitiā deserit nisi volendo qđ nō dꝫ. sed ↄñs falsum. q2 si angel⁹ pec/cauit volēdo qđ nō debuit: quero vtꝝ illud qđ voluit/ apparuit sibi cōmodū: an non? Scđm nō pōt dici: q2 ꝫm Ans. de casu dia/boli. ca. ij. Non potuit velle aliud: nisi qđ aliquo modo apparuit sibi cōmodū: ergo illud qđ voluit/ ꝓuus apparuit sibi cōmo/dum. ꝛ certū est ꝙ nō fuit sibi cōmodum ꝫ ergo erro2 ꝓcessit suū pctm̄: ergo pena cul/pā: q2 fuit deceptus: ꝛ oīs deceptio est pe/na.

Secūm princi.

Scđo. si peccauit: ergo potuit vitasse pctm̄. ↄñā pꝫ ꝑ Aug. iij. de li. ar. ca. xxviij.

Nullus peccat in eo qꝺ vitare nō pōt. Falſitas ꝯñtis ꝓbaɫ. qꝛ vel poſtꝙ peccauit: et ħ nō: qꝛ poſt neceſſe fuit eum peccaſſe. Nec tunc: qꝛ tūc ſimul peccaſſet/ ⁊ caruiſſet peccato. Nec ante: qꝛ ante nō potuit melius facere ꝙ fecit: qꝛ ita bene fecit ſicut illi q̄ ſteterunt: ꝫ nō potuit melius facere nec cauere ꝙ fecit. igiɫ ⁊c.

Tertiū punci.

Tertio. qꝛ aut angeli mali ſperauerunt ſe poſſe cōſequi qꝺ optabāt vel non. ſi nō: ergo nō voluerūt illud ex electione: qꝛ electio nō eſt īpoſſibiliū. iij. Ethi. ſi ſic: ꝫ fuerūt decepti ſicut prius argutū ē.

Quartū pn.

Quarto ſic. tūc oēs peccaſſent male volēdo. ꝯñs eſt falſum: qꝛ tūc primus peccaſſet male volendo ſolū ex mala volitione. ꝯña pꝫ: qꝛ nō ſunt alie potētie in angelo q̄bus potuit peccare. Falſitas ꝯñtis pꝫ qꝛ angelus primus fuit alijs occaſio peccādi: ſicut legitur Apoc. xij. vbi dicit ꝙ draco cadens de celo trahit ſecū tertiā partē ſtellaꝝ. ſed ſi peccaſſet ſola voluntate: nō fuiſſet alijs occaſio peccandi: qꝛ volitionē talē alij nō nouiſſent.

Ad idē.

Silr videtur ꝙ nullo mō alijs fuit occaſio peccādi: qꝛ tūc oēs alij peccaſſent ex tentatione. Cuius oppoſitū dicit Augu. in Enchi.

Quītū pn.

Quinto ſic. ſi angelus malus peccauit male volendo: ꝫ cū in illa mala volitione nō fuerit creat⁹: mouit ſe ad ſic volendum: ꝫ anteꝙ ſic voluit/ voluit ſe ita velle. q̄ro tūc vtrū ꝑ volitionē primā? ⁊ tūc ꝑ primā volitionē qua ſe peccare voluit: voluit peccare. ſed prima ſua volitio fuit naturalis: ergo volitione naturali voluit ſe peccare: ꝫ volitio naturalis fuit mala. Si mouit ſe ad volendū volitione alia a prima: ⁊ illa fuit mala: ergo mouit ſe ad illā quadā alia volitione. ⁊ ſic vel erit ꝓceſſus in infinitū: vel dabitur ꝙ prima volitio naturalis fuit mala.

Confirmatur.

Confirmaɫ iſta rō ex ꝓceſſu Anſ. de caſu diaboli c. xij. vbi dicit. Neceſſe eſt fateri: quia nihil poteſt per ſe velle qui nihil vult: ⁊ q̄cq̄d mouet ſe ad volēdū/ pri⁹ vult ſe ita mouere: ergo ſi malus angel⁹ mouit ſe ad male volendum: prius voluit ſe male velle/ ꝙ male voluit: qꝺ eſt impoſſibile.

Sextū prin.

Sexto. ſi angelus mal⁹ mouit ſe ad male volendū: ergo aliq̄ volitiōe p̄cedēte malitiā: ſꝫ oīs volitio que p̄ceſſit malitiam in angelo fuit volūtas recta: ergo ꝑ voluntatē rectā mouit ſe ad peccandum. Cōfirmaɫ ratio: qꝛ ꝑ Anſel. de caſu diaboli. c. xv. Angelus nō fuiſſet debitoꝛ iuſtitie: niſi iuſtitiam a deo accepiſſet; ergo iuſtā volitionē accepit a deo: ergo omnis volitio ante peccatum fuit iuſta: ergo ſi mouit ſe ꝑ volitionē ad malā volūtatē ſeu ad malitiam: opꝫ imaginari ꝙ per iuſtā volitionē mouit ſe ad volendū iniuſte: qꝺ eſt impoſſibile. ergo ⁊c.

Septimū pn.

Septimo ſi angelus peccauit: quero vtrū preſciuit ſe eternaliter debere puniri pro peccato: an non preſciuit? ſi preſciuit: ergo ſic peccare non potuit: qꝛ non potuit velle vnde miſer eſſet. ſicut pꝫ per Anſ. vbi. ſ. c. xij. Si non preſciuit hoc. Cōtra. preſciuit ꝙ ſi peccaret puniretur: ſicut pꝫ per Anſel. eodem li. c. xxj. Uel ergo credidit puniri pena eterna: vel tꝑali. ſi eterna: ſtat argumentum. ſi tꝑali: errauit: ⁊ ſic pena preceſſit culpam. Similr ſi credidit ꝙ debuiſſet tantū puniri tꝑaliter: ergo credidit pctm̄ ſuū fore veniale ſi peccaret: ergo errauit ſicut prius anteꝙ peccauit. Et ſimiliter deus iniuſte: vt videtur: egiſſet cū eis dando p̄ceptū: niſi demonſtraret que pena ſequereɫ tranſgreſſionem precepti. Similiter videɫ irrationabile ꝙ tantū lateret angelū de ꝯditionibus ſue nature: ꝙ neſciret ſe ſemper fore miſerum ſi in pctm̄ ſemel caderet: ⁊ ſi hoc ſibi ꝯſtabat: nullo mō peccare poterat: niſi poſſet velle miſeriam.

Octauū pn.

Octauo. ſi angeli peccauerūt oēs occaſione vnius: igiɫ illi viderunt eū prius peccaſſe. ſꝫ nullo momēto diuidiɫ pena ⁊ culpa: ergo ſtatim viderunt eū priuatū gratia ⁊ in pena: ergo nullo modo habuerūt ab eo occaſionē peccandi: ſed magis cauendi.

Nonū pnci.

Nono ſic. ſi angelus potuit peccare: vtrū ergo peccare potuit in primo inſtanti ſue creationis: an nō: ſꝫ poſt primum inſtās? Primū non pōt dari. Tum qꝛ ſic nunꝙ fuiſſet bonus: ⁊ ſic nunꝙ cecidiſſet a bono habitu. Tum qꝛ ſm Anſel. de caſu diabo. c. xij. Creatura nō pōt hr̄e primū actum niſi a deo. Si ergo in primo inſtanti fuiſſet malus: factus fuiſſet malus a deo. Tum qꝛ ſtatim in peccando fuit corruptus in naturalib⁹: ⁊ depreſſus in libe. arbi. ſm qꝺ dicit magiſter lib. ij. diſt. vij. ⁊ ſic ſi peccaſſet in primo inſtāti: ſimul fuiſſet integer in naturalibus ⁊ corruptus vel depreſſus.

Solutio.

Si aūt concedatur ꝙ nō potuit peccare in primo inſtāti ſue creationis: ſꝫ poſt tantū.

Replica.

Cōtra. aut eſt dare primū inſtās in quo potuit peccare: vel nō. Si ſic: ſit a. tūc inter inſtans a ⁊ tp̄s creationis fuit mediū tp̄s: ꝫ in illo toto tpe medio fuit impeccabilis. qꝺ nō apparet rōnabile; tunc em̄ eſſet dare in

finita tpa media: quoꝝ nullum ſufficeret
ad deliberationem vel electionē angeli. Si
vo nō ſit dare pmū in quo potuit peccare:
ḡ ante illud in quo peccauit potuit peccaſ-
ſe: ⁊ ante illud aliud adhuc. ⁊ ſic in infinitū.
Ad idē Preterea. chriſtus meruit in pmo inſtan
Scdo. ti ſue ꝯceptionis: ḡ angelus potuit peccare
Tertio in primo inſtanti ſue creatiōis. Preterea.
aīa pueri nunc ꝫhit pctm̄ in primo inſtanti
ſue infuſionis: ergo illa aīa fuit mala in pri
Quar- mo inſtanti. igiť ⁊ angelus. Preterea. hō
to. pōt peccare iu primo inſtanti ſui eſſe: ergo
⁊ angelus. Probo antecedēs: qꝛ peccet aīa
aliqua ſeparata extra corpus ⁊ habens pꝛ-
ceptum. ponatur ꝙ ipſa peccante actualr
vniať corpori: ⁊ ſit hō: tunc homo iſte pec-
cat in primo inſtanti ſue creationis. Cuius
pbatio eſt: qꝛ volūtas huius hoīs peccat:
Quīto ergo homo iſte peccat. Preterea. angelus
in pmo inſtanti ſue creationis habuit co-
gnitionē boni ⁊ mali: ⁊ pfectā voluntatē:
⁊ eque facilē ad volēdū ſicut intellectū ad
cognoſcendū: nec cognouit per diſcurſum:
nec cōponit nec diuidit ſicut multi dicunt:
ergo in pmo inſtāti potuit bn̄ vel male vel-
Deci- le. Decimo ſic. angelus nunꝙ cecidit a iu
mū pn. ſtitia ſua quā habuit: ergo nunꝙ peccauit:
ꝯn̄a ptꝫ: qꝛ ſi non accepiſſet iuſtitiā ⁊ ab ea
cecidiſſet: nunꝙ fuiſſet debitor iuſtitie ſm
Anſel. de caſu diabo. c. iij. Et ſi nunꝙ fuiſ-
ſet debitor iuſtitie ad ſeruandam eā: nunꝙ
peccaſſet: igitur qꝛ nunꝙ accepit iuſtitiam:
nunꝙ peccauit. Sed ꝙ nunꝙ accepit iuſti
tiam pbatur per Aug. xj. ſuper Gen. c. xxx
iiij. vbi dicit ꝙ diabolus eſt continue impi
us ⁊ mente cecus: nō ex eo qḋ acceperat ce
cidit: ſed ex eo qḋ accepiſſet ſi deo ſubdi vo-
luiſſet. Ex hoc arguitur ſic. diabolus nō ce
cidit ab aliquo qḋ habuit: ⁊ cecidit a iuſti-
tia: ergo iuſtitiā nō habuit. Uel alr ſub hac
forma: nō cecidit ab aliquo qḋ habuit: er-
go nunꝙ cecidit a iuſtitia: ergo nunꝙ acce
pit iuſtitiam. ergo nunꝙ deſerendo iuſtitiā
peccauit. qḋ eſt ppoſitum. ꝯn̄e intermedie
Unde- patent ſicut prius. Preterea vndecimo. ſi
cimum angelus peccauit male appetendo: q̄ro q̇d
pnci. fuit illud qḋ deordinate vel iniuſte appetijt:
⁊ videtur ꝙ eſt equalitas dei: ppter illud
Eſa. xiiij. qḋ dr ex perſona Nabuchodono-
ſor: ⁊ in figura diaboli. In celum aſcendā: ⁊
ſupra aſtra celi exaltabo ſolium meum. qḋ
qꝛ nō pōt intelligi de celo empyreo: qꝛ in il-
lo creatus erat: opꝫ ꝙ intelligatur de celo
trinitatis: qḋ eſt excelſitudo diuine maieſta
tis. Sed contra illud eſt ꝙ angelus ſciuit
hoc ſibi eſſe impoſſibile. Un̄. j. ſuper Gen.
c. vlti. dicit Aug. ꝙ Adam diabolo ſugge-
rente/ qn̄ audiuit ꝙ primi parentes forent
ſicut dij: nullo modo credidit ſi iam ſpūali
mente pditus erat. ſꝫ ꝯſtat ꝙ angel⁹ ſpūa
li mēte pditus fuit: ergo ſe fieri equalem
deo īpoſſibile ſciuit. Ad oppoſitū eſt ca- B
tholica fides. ⁊ Augu. ſup Gen. et Anſ. de In op-
caſu diabo. per totū. ⁊ mgr ſen. lib. ij. Ad poſitū.
queſtionē dicendū ꝙ ſic. qꝛ ſequitur: pecca- Rn̄ſio.
uit: ergo libere peccauit. Sꝫ quō peccauit
angelus: ⁊ quid peccando petijt: ⁊ an pctm̄
primi angeli fuit pctm̄ omiſſionis an com- Ad q̄-
miſſionis difficile eſt videre. Tn̄ ad preſens ſtionē
dico ꝙ pbabiliter pōt poni modus iſte. ſ. Deciſio
ꝙ oēs angeli fuerunt creati in gratia: ſm qōnis.
doctores cōiter: licet magiſter dicat oppoſi
tum lib. ij. diſt. iij. c. v. ⁊ in hoc non tenetur.
Creati eīm fuerūt in cognitione dei ⁊ ſui: et
ſciebant quid debebāt velle ⁊ quid reſpue-
re. Boni igiť cognoſcentes ſe eſſe factos a
deo p cognitionē naturalē: ⁊ exiſtentes in
gratia/ inceperunt diligere deum: et ei de
ſua tā notabili pductione regratiari: ppť
quā dilectionē meruerūt de ꝯgruo ſuā btī
tudinē ⁊ ſuā ꝯfirmationē. Mali vo econ-
trario ſuā nobilitatē ꝯſiderantes: in deum
ſicut in auctorē ſue bonitatis nō referebāt:
nec ei aſſurgebant: ſed abſolute in ꝯſidera-
tione ſue nobilitatis perſiſtebāt: ⁊ perfrue-
bantur ſeipſis/ delectati de ppria nobilita-
te: ⁊ nulli alteri de eius bonitatis efficacia
regratiantes/ ſibijpſis attribuebant boni-
tatem ſuā: ⁊ negantes aliquid eſſe ipſius
cauſam: qḋ deus ſolus iuſte pōt facere ⁊ ve
re de ſeipſo. ppter qḋ angeli cadētes: quia
ſeipſis fruebanť: ⁊ in ſeipſis delectabātur:
⁊ nō referentes ſuā bonitatē per gratiarū
actiones in deū: diligēdo illū ſup oīa: ideo
dicunť aliquid ppriū deo ſibi vſurpaſſe: et
ſic quodāmodo interpretatiue dei equalita
tem appetiſſe: qꝛ in hoc ꝙ voluerūt delecta
ri de ſe/ nō referendo ſe ad aliq̄d aliud ſicut
in cauſam: voluerūt illud qḋ ſolus de⁹ pōt
velle licite: cuius eſſe nihil reſpicit p cā. et
ſic pctm̄ eoꝝ multiplicē habuit deformita-
tem: qꝛ conſiderando bonum qḋ a deo acce
perant: ⁊ omiſſionē quā fecerunt de regra-
tiando auctori eoꝝ: qḋ pctm̄ pōt vocari in-
gratitudo: que eſt radix omniū vitioꝝ: pen
ſando ⁊ ꝯſiderando actū quo peccauerunt:

ꝛ malitiā qua ſe dilexerūt abſolute ibi inſi-
ſtēdo: poſſet dici peccatum eoꝝ libido. Pōt
etiā vocari ſupbia: q2 fuit amoꝛ ꝓprie ex-
cellentie inoꝛdinatus. nā amare ꝓpriā ex-
cellentiā nullū pctm̄ eſt: cū virtuoſi ꝛ beati
hoc faciāt: ſed inoꝛdinate ꝓpriā excellētiā
amare eſt pctm̄: ꝛ ſupbia dici pōt. ergo ſm
iſta dici pōt ꝙ pctm̄ angelicū non fuit ap-
petitus alicuius nature habite niſi interp-
tatiue: ſed amoꝛ deoꝛdinatus vere habite.
Cōtra dicta. Sed ꝫ hoc videt dictū Anſ. de caſu diabo
li. c. vj. ꝛ. xxv. vbi inqrendo qd fuit illud qd
angelus appetijt: dicit ſic. Quid illud fuit
non video: ſed qcqd fuerit, ſufficit ſcire ꝙ
fuit aliquid ad qd ꝓficere ꝛ ad qd creſce-
re ꝛ ptingere potuerāt: qd nō acceperāt qn
creati fuerūt: vt ad id ſuo merito ꝓficerēt.
ergo ſm eū appetierūt aliqd q̄ caruerūt, et
Alibi q̄ corrue- runt. aliqd ptinēs ad beatitudinē: q2 ſm eū illō
debebāt poſtea p meritū accepiſſe. ꝛ tn̄. iiij.
c. dicit ꝙ angelus peccādo aliqd voluit qd
deus illū velle nō voluit. ex quib9 duobus
cōcludit ꝙ de9 nō voluit eū velle illud qd
debuit meruiſſe: ꝛ tn̄ certū eſt ꝙ voluit vo
lūtate ꝓcepti ꝙ illud meruiſſet. q2 aliter nō
peccaſſet in nō merendo. igitur voluit eum
aliquid mereri: qd tn̄ noluit eū velle. qd tn̄
apparet oīno irrationabile. vn̄ dicere ꝙ ni
hil appetierūt niſi illud ad qd ꝓficere de-
buerāt ex merito ſuo: ꝛ tn̄ ꝙ voluerūt ali-
quid qd de9 nō voluit eos velle: nō videt
rōnabile. vn̄ dictū Anſel. non intelligo illo
mō: niſi dicat foꝛte ꝙ angel9 peccauit volē
do btitudinē deoꝛdinate: qꝛ voluit hr̄e bti-
tudinē ex ſolis naturalib9 ſine gratia: non
tn̄ a ſe: ſꝫ a deo. Et ſic dicit ſanct9 Thomas
quinto articulo quarti libri. Et in hoc autē
ꝙ appetijt habere finalē beatitudinē ſine
auxilio diuino ꝛ ſine diuina gratia ex ſolis
naturalib9: appetijt quodāmodo equalita-
tem dei p ſimilitudinē: q2 hoc eſt dei ꝓpriū
ſ. beatificari p ſeipſum. Unde ſiue dicatur
iſta via ſiue alia: parua cura eſt: q2 veritatē
Ad pri mū ar- gumē. princi. noſſe nō poſſumus niſi p reuelationē. Ad
primū igit argumentū dici pōt ꝙ nō ꝓceſ-
ſit aliqua notitia erronea: ſed ex ſola viſiōe
dei ꝛ ſui ꝛ alioꝝ angeloꝝ potuit appetere
deoꝛdinate btitudinē: ſicut dicit ſecūda via
Uel potuit diligere ſe ſine relatione ad deū
Alia re ſpōſio. ſicut dicit pma via. Si diceret aliter: ſcꝫ ꝙ
peccatum primi angeli fuit omiſſio ꝛ negli
gentia conſiderandi. Tunc fuit talis oꝛdo
in peccato ſuo. primo omiſit conſiderare na

turales leges a deo ſibi preceptas. Secun-
do quia ſicut omiſit ſic cōſiderare: incidit
in iudicium erroneum. Et tertio in amorē
vel appetitum deoꝛdinatum: ꝛ tunc nō fa-
cit difficultatem an appetierit poſſibile an
impoſſibile: q2 erroꝛ ſequebat peccatū omiſ
ſionis: licet ꝓcederet peccatum poſitiuum
Et tunc poſſet dici ad argumentū plane cō
cedendo ꝙ illud quod appetijt apparuit ſi Ad foꝛ mam.
bi cōmodū: ꝛ ideo fuit deceptus per negli-
gentiam vtendi cognitione habituali ſibi
indita a deo. Sed cōtra iſtud eſt ꝙ talis Repli- catur.
negligentia non potuit eſſe in angelo: niſi
ex nimia intentione circa bonū aliquod in-
telligendum: propter quod diſtraheretur a
cōſideratione tali ꝛ collatione legis ſibi da
te. Talis igitur attentio volūtaria fuit: nō
caſualis: quia tunc a caſu peccaſſet. Et ſi fu
it voluntaria: tunc ſic volēdo illud attēde-
re fuit peccatum primū. Quantū ad iſtā C
difficultatem, facilius eſt euadere dicendo Rñſio docto- ris.
ꝙ volitio vel amoꝛ potuit eſſe ſine dictami
ne quocunqꝫ precedente: ꝛ ſine notitia qua
cunqꝫ complexa. Unde apprehendendo
beatitudinem potuit ſtatim ꝓrumpere in
talem actum volūtatis ac ex ſe foret beat9.
ſed tunc appetiſſet impoſſibile. Si dicatur
prima via: illa euadit difficultatem de ap-
petitu impoſſibili: ſimiliter de errore prece-
dēte culpam: quia ex ſola notitia potuit in-
herere ſibiipſi amoꝛe, non reddēdo deo gra
tias de conditionis beneficio. Ad ſecun- D
dū dico ꝙ illa foꝛma generalis eſt de quo- Ad ſe- cundū.
cunqꝫ peccante: ꝙ peccat anteq̄ peccet: vel
peccat in eo quod vitare nō poteſt. ideo di
cendum eſt ꝙ hec ꝓpoſitio eſt conceden-
da, om̄is homo qui peccat, peccat in eo qd
cauere non poteſt. Sed ad iſtā de preterito
qn̄ qritur an potuit cauiſſe peccatū qn̄ pec-
cauit an non. pōt dici ꝙ iſta potuit cauiſſe
quando peccauit: eſt diſtinguenda ſm ſen
ſum cōpoſitū ꝛ diuiſum. ſenſus cōpoſitus
eſt falſus: ꝛ eſt iſte: hec eſt poſſibilis cauit
ne peccaret quando peccauit. ſuppoſita tn̄
ſignificatione terminoꝝ q̄ nunc eſt. ſenſus
diuiſus eſt iſte. in hoc tempoꝛe potuit cauiſ
ſe: ꝛ in hoc tēpoꝛe peccauit: ꝛ eſt vera copu
latiua cui9 vtraqꝫ pars eſt vera. Et tūc ad ar Ad foꝛ mam.
gumētū qn̄ queritur an potuit cauere anq̄
peccauit an quādo peccauit aut poſtq̄ pecca
uit. dico: nō potuit cauere poſtq̄ peccauit:
ſed āteqū peccauit potuit cauere: accepta ꝓ
poſitione in ſenſu diuiſo: nō aūt in ſenſu cō

poſito:qꝛ ſenſus cōpoſitꝰ dicit ꝙ potuit ſi-
mul peccaſſe ⁊ non peccaſſe: ⁊ de ꝟtute ſer-
monis iſta ꝓpō eſt falſa:potuit cauere qñ
peccauit.p̄tēdit eñi ſenſum cōpoſitū: qꝛ p-
dicatū appellat ſuā formā:iō eſt negāda ſi-
ne diſtinctiōe. Hec aūt:qñ peccauit potuit
cauere:p̄tēdit ſenſū diuiſū:qꝛ ſignū tp̄ale.ſ.
qñ nō ponit a pte p̄dicati.ideo pōt abſolu
te cōcedi.cōcedo etiā ꝙ ita bñ ſe habuerūt
Repli- anteꝙ̄ peccarēt:ſicut illi q̄ ſteterūt ⁊ nō pec
catur. cauerūt. Nec valet. iſti boni nō peccauerūt
iſti mali peccauerūt.ḡ ita bñ nō ſe habuerūt
qꝛ ſit a mēſura in qua peccauerūt:tūc non
valet diſcurſus.boni non peccauerūt: ergo
ita bñ nō ſe habuerūt vſq ad a ſicut alij:qꝛ
iſte terminꝰ peccauerūt depēdet a futuro:
⁊ ita īportat ꝙ illi q̄ peccauerūt/ cauebant
in a:⁊ āte a:et qꝛ mali ita bñ cauerūt āte a
ſicut boni:cū nō peccauerūt:iō nō valꝫ diſ-
E curſus factꝰ. Ad tertiū qñ q̄rit an ſperaue
Ad ter- rat ſe cōſeq̄ qd̄ optabat ⁊c. Dico ꝙ iſtd̄ ar-
tium. gumētū nitit̄ ꝓbare errorē vel ignorātiā p̄
ceſſiſſe culpā.⁊ ſi dicat̄ ꝙ p̄mū pctm̄ angeli
fuit omiſſio cōfitendi:tūc error ſequebatur
pctm̄. Uel pōt dici ꝙ appetierūt interpreta
tiue illud qd̄ nō ſperabant: qꝛ nō diſtincte
ſm̄ p̄mā rōnē appetierūt dei eq̄litatē:
ſꝫ dilexerūt ſe/nō referēdo in deū: ⁊ qꝛ nul
li dꝫ cōpetere ſe diligere non referēdo ſe in
aliud:iō vt dꝛ interptatiue eq̄uerūt ſe deo:
⁊ illā dilectionē nullus actꝰ aſſenſiuꝰ p̄ceſ-
F ſit:ſꝫ ex apphēſionibꝰ ⁊ notitijs incōpletis
Ad q̄r- cauſauerūt in ſe talē dilectionē. Ad q̄rtū
tum. pōt dici ꝙ ſimul angelꝰ in illā dilectionem
inordinatā ꝓrupit:⁊ illā voluit alijs inote
ſcere. ⁊ ſic ꝑ locutionē qualis eſt in angelis
innotuit alijs. Nec tñ tētatio fuit illis qui
bus loquebat̄:qꝛ oīs tētatio cauſat in ten-
tato difficultatē. mō in illis nulla difficul-
tas fuit cauſata ꝑ hoc ꝙ eis ſuā deordina-
tā dilectionē manifeſtauit. Jō dico ꝙ ceci-
Repli- derūt ſine tētatione. Cōtra. ſi oīs tētatio
catur. affert tentato difficultatē: igit̄ p̄mi paren-
tes ſenſerūt difficultatē anteꝙ̄ peccauerūt
Rñſio. igit̄ pena in eis p̄ceſſit culpā. Ad hoc dico
ꝙ nō oīs difficultas eſt pena: ſicut nec oīs
neſciētia eſt pena:⁊ iō ſtat ꝙ fuiſſet difficul
tas in ſtatu inocētie:qꝛ nō poſſent hr̄e opa
virtuoſa ſine difficultate: cū virtꝰ conſiſtat
G circa difficile. Sꝫ ꝯ.tūc nō erūt ꝟtutes in
Repli- p̄ria:aut ſaltē oporteet dicere ꝙ manebunt
ca. in p̄ria difficultates. Pōt dici ꝙ habitꝰ vir
Rñſio. tutū ibi manebūt:ſꝫ nō habebūt talē vſum

qualē mō hn̄t:ſicut dicit magr̄ lib.iij.diſt.
xxxiij. ⁊ Aug.xiiij.de trini.c.ix. Ad quītū H
pōt dici ſicut ad formā Anſel. ꝙ angelus Ad q̄n
malus mouit ſe ad male volēdū volitione tum.
bona. Pro q̄ ſciēdū ꝙ apud Anſ. volūtas
accipit̄ ꝓ inſtrumēto:ꝓ vſu:⁊ ꝓ affectione
ſicut ptꝫ de cōcordia.c.xvij.⁊ de lib. arbi.c. J
ij. Nā vult dicere ꝙ ſine affectione cōmodi alſ.vij
vel iuſti nō pōt volūtas aliq̄d velle: vtraq
aūt affectio eſt bona:licet nō volūtas vera-
q virtuoſa:qꝛ hō nō pōt nō velle cōmodū
Sic igit̄ pōt dici ꝙ angelꝰ habēs affectio
nem cōmodi cōcreatā ꝑ volūtatē vt inſtru
mentū ⁊ iſtā affectionē cū notitia:mouit ſe
ad volendū inordinate:id eſt ad diligendū
ſe ſine relatione in deū. ⁊ ſic oīa q̄bꝰ mouit
ſe ad volēdū inordinate: fuerūt bona boni
tate naturali/nō morali.ſicut ptꝫ ꝙ oīa q̄-
bus hō cōmittit homicidiū/ſunt bona na-
turalr̄:ſꝫ nō ſūt naturali dilectiōe. ⁊ ſic nō
ſeq̄tur ꝙ ante p̄mā volitionē p̄ceſſit aliqua
oīno diſtincta ⁊ mala volitio. Ad ſextum K
dico ꝙ nō eſt imaginatio Anſ. ꝙ angelus Ad ſex
ita mouit ſe ad volēdū ꝑ volitionē q̄ eſſet tum.
vſus vel libera opatio volūtatꝭ: qꝛ ſic oēm
volitionē p̄ceſſiſſet aliq̄ volitio in infinitū
qd̄ nō eſt imaginabile/ponēdo āgelū ꝯcrea
tum ex tp̄e. Sed vult dicere ꝙ volitionem
q̄ eſt vſus/p̄ceſſit volitio q̄ eſt affectio con-
creata cū volūtate:quā vocat inſtrumētū:
⁊ tunc iſta tria natura affectio ⁊ voluntas
cauſant operationē quam vocat vſum. Et
tūc volēdo affectionē cōmodi ⁊c. cōceden-
dum eſt ꝙ volitione recta mouit ſe ad pec-
candū:ſed iſta rectitudo in angelis non eſt
moralis rectitudo: ſꝫ pōt vocari rectitudo
que eſt affectio cōcreata a deo:ſicut poteſt
equiuoce dici ꝙ grauitas eſt rectitudo gra
uis. Ad ſeptimū dico ſicut videt̄ mihi ꝙ L
ipſe habitualiter credebat ꝙ ſi peccaret pu Ad ſe
niret̄ eternaliter.ſed nō cōſiderabat de hoc primū.
delectatꝰ nimis in ꝓpria nobilitate. Et qñ
arguit̄.ſi preſciuit: non potuiſſet voluiſſe
vnde miſer eſſet. Pōt dici ꝙ hoc eſt verū:ſi
actualiter cōſideraſſet: ⁊ cōtuliſſet penā ſe
quentē ad culpā. Ad octauū pōt dici ꝙ M
tāta intentione cōſiderauerūt ſuā locutio- Ad
nem:ꝙ nō intēderūt ad penā:ſꝫ tm̄ ad pec octauū
cantē. vnde ſimul peccauerūt. puto etiā ꝙ
valde improprie fuit eis occaſio peccandi.
Ad nonū dico ad p̄ſens ꝙ in primo in- N
ſtanti ſue creationis potuit peccaſſe: ſed Ad no
non potuit peccaſſe in primo inſtanti ſue num.

creationis. Primū patet: qꝛ ante illud in⸗
ſtans ſui peccati deꝰ potuit eū creaſſe: ⁊ in
illo inſtanti potuit peccaſſe. vnde primū in⸗
ſtans ſue creationis potuit fuiſſe vltimum
inſtās ſui pctī: qꝛ deus potuit eū creaſſe: et
in inſtanti potuit peccaſſe. Sc̄dm ptꝫ. qꝛ re
cta rō nō eſt niſi reſpectu futuri ſm mgrm
li. ij. di. xxv. ⁊ ideo reſpectu primi inſtantis
vel reſpectu pn̄tis nō eſt liberū arbi. ⁊ per
ɔn̄s libere cauſare nō potuit actū malū in
primo inſtanti. Dico tn̄ ꝙ angelus bene po
tuit hr̄e primo actū volūtatis malū. qꝛ po
ſito ꝙ deus creaſſet angelū: q̄ ſtetiſſet in co
gnitione alicuius cognoſcibilis ꝑ tp̄s ſine
q̄cūq; actu volūtatis: ſicut fuiſſet ſatis
deo poſſibile: tn̄ poſt tale iudiciū pōt ange⸗
lus eliciſſe actū malū: ⁊ ſic p̄mus actus vo
luntatis illius fuiſſet malꝰ: ſꝫ ꝙ fuiſſet pri
Ad for mus actus in p̄io inſtanti ſui eſſet malus
mā pri includit ɔdictionē. Ad rōnes qn̄ q̄rit aut
me rō⸗ eſt dare primū ⁊c. Dico ꝙ pōt ɔcedi ꝙ nō ē
nis. dare primū inſtans in quo potuit incipere
peccare. nec eſt dare primū inſtans in quo
potuit peccare. ⁊ cōcedenda eſt hec ɔcluſio
ꝙ infinitis tp̄ibus anteꝙ̄ peccauit/potuit
Repli⸗ peccaſſe. Sꝫ ɔ arguo ſic. q̄ro an in primo
catur. inſtanti incepit peccare: an poſt primū in⸗
ſtans? Si poſt primū inſtans: capio illud
inſtans: ⁊ inter illud inſtans ⁊ primū tp̄s
fuit tp̄s mediū: tūc in illo tp̄e nō peccauit.
Si in primo inſtāti incepit peccare: tūc nō
fuit in gr̄a niſi ꝑ inſtans. Vn̄ nō vr̄ ꝙ libe
Rn̄ſio. re potuit incipe peccare i p̄mo inſtāti. Vic
pōt dici ɔcedendo ꝙ eſt dare p̄mū inſtans
in quo potuit peccare de facto: ſiue incepit
peccare: ſꝫ nō ſic dare p̄mū inſtans in quo
peccare potuiſſet. ⁊ ɔcedo tūc ꝙ in illo tp̄e
medio diabolꝰ bn̄ voluit ⁊ meruit: ſꝫ qꝛ nō
pſeuerauit: idō nō p̄miabat nec p̄miabit: ſic
ut dicit Anſ. de caſu diaboli. c. iij. Et i hoc
ſilr̄ fuit de eo ⁊ de hoīe p̄ſcito finalr̄: q̄ ad
tp̄s meret: ſꝫ finalr̄ ɔfundit totū. Sed ad⸗
huc difficile eſt videre quō incepit hr̄e pri⸗
mū actū liberū: qꝛ poſt primū inſtans veri
ſile eſt ꝙ ip̄e habuit actū cognitiōis vel co
gnoſcēdi ⁊ volendi. ⁊ tūc pōt dici ꝙ in pri⸗
mo inſtāti ſui eſſe icepit elicere primū actū
volūtatis reſpectu dei ⁊ ſui actꝰ: qꝛ angelꝰ
nō p̄ceſſit eū niſi ꝑ inſtās: ⁊ (vt ita loq̄r) nō
fuit liber: ſꝫ naturalis. ⁊ idō per actū illū nō
meruit nec demeruit: ſꝫ iſto caſu ſtante co⸗
gnouit ſe fore liberi arbitrij: ⁊ hr̄e p̄ceptum
hmōi: ⁊ tūc poſt aliquā breuē morā elicuit
liberū actum. tūc pōt poni ꝙ peccauit: nec
opꝫ dicere ꝙ nūꝙ̄ meruit. qꝛ illā dilectionē
naturalē qua dilexit deū: ⁊ ſe habuit natu
raliter ⁊ nō libere: ſꝫ cauſalr̄: ſed iſtā deſeru
it. ⁊ idō ꝑdidit iuſtitiā naturalē. Sꝫ de iſta
voluntate ⁊ de illa ptāte dicit Anſ. ꝙ vo⸗
luit: ſꝫ nō pſeuerauit: ⁊ ab illa iuſtitia ceci⸗ Als ꝓ⸗
dit: ⁊ tūc ɔcedendū eſt ꝙ fuit neceſſariū eū voluit.
eſſe i gr̄a ꝑ tp̄s: ſꝫ per nullū tp̄s neceſſario
fuit in gr̄a. Et ſilr̄ ſicut prius dictū eſt ɔce⸗
dendū eſt ꝙ infinitis tp̄ibus prius potuit
peccaſſe ꝙ̄ peccauit: ſꝫ de facto fuit certum
tp̄s inter inſtās creatiōis ⁊ inſtās lapſus:
ſicut eſt inſtans in quo intelligit labi. Ad Ad ſe
ſcōm ɔcedit ꝙ angelus potuit peccaſſe in cundū.
p̄mo inſtanti: qꝛ etiā pōt dici ꝙ chriſtꝰ non
meruit in p̄io inſtāti ſue ɔceptiōis: ſꝫ ince
pit mereri. Ad terciū dico ꝙ ɔn̄a nō valet Ad ter
qꝛ ad ɔhendū pctīn originale nullus actus tium.
liberi arbitrij requirit. Ad q̄rtum ɔcedit Ad q̄r⸗
ꝙ hō pōt peccare in p̄mo inſtāti ſui eſſe/ꝑ tum.
caſum de creatiōe aīe an̄ corpus: ſꝫ hoc eſt
ꝑ partē. ſ. ꝙ hō peccat ſm ipm quo primo
peccat: ſꝫ nō pōt peccare in primo inſtanti
ſui eſſe. Ad quintū qn̄ querit/angelus in Ad q̄n
primo inſtāti habuit certā ⁊c. Apparet mi tum.
hi dicendū ꝙ nō: ſꝫ tūc incepit hr̄e dilectio⸗
nem ⁊ cognitionē. Et dꝛ creatꝰ in cognitio⸗
ne: qꝛ in inſtāti creatiōis habuit oīa req̄ſi⸗
ta ad principiandū in ſe actū cognitiōis et
dilectionis. Ad decimū p̄ncipale qn̄ dꝛ ꝙ O
angelus nunꝙ̄ cecidit a iuſtitia quā habu⸗ Ad de⸗
it. dico vt ſuperius dixi: ꝙ cecidit a iuſtitia cimum
naturali: ſꝫ forte nunꝙ̄ cecidit a iuſtitia mo princi.
rali: que eſt libere ⁊ iuſte velle: ⁊ ɔcedo ꝙ fu
it debitor illius iuſtitie: qꝛ ſicut voluit libe
re naturalr̄ a creatione: ita debuit libere cō
tinuaſſe ⁊ ꝑuoluiſſe: ⁊ tunc fuiſſet cōfirma Ad vn
tus cū alijs. Ad vndecimū dictū fuit ſu⸗ decimū
perfluus. ¶ Sequitur queſtio quarta. princi.

V Trū angelo cō⸗ a
firmato cōueniat deputari Qō. iiij
ad cuſtodiendū hoīem viato Primo
torem? Videt ꝙ nō: qꝛ ſi ſic/ princi.
ſequeret ꝙ angelus ɔfirma
tus in beatitudine ſimul erraret ⁊ eſſet bea
tus. ɔſequens eſt falſum: qꝛ oīs error repu
gnat beatitudini. Vnde Aug. enchi. c. x. Ad
illā beatitudinē tendēdū eſt: vbi nullā pa⸗
tiamur erumnā: nullo errore fallamur. qꝛ
ſicut ibi in ſequenti cap̄. dicit. In hac vita
nullo modo cauere errorē poſſumus perfe⸗

ete. Similiter oīs ignorātia eſt pena vel cul
pa. ſicut innuit mgr li. ij. diſt. xxij. ⁊. iij. ſen.
diſt. xv. Et Aug. iij. de lib. ar. c. xix. Appro-
bare falſa pro veris vt erret inuitus: nō eſt
natura inſtituti hoīs: ſed pena dānati. Et
conſequenter in eodem ca. Ad miſeriam iu
ſte dānationis pertinet ignorantia: ⁊ diffi-
cultas quā patit̄ oīs homo ab exordio nati
uitatis ſue: ſed in āgelis nulla eſt pena nec
Probatur ꝯña culpa: igit̄ nec error. Cōſequentiam ꝓbo
multipliciter. Primo ſic. capio angelū bo-
Primo num alicuius preſciti ad penā: ⁊ quero vtrꝫ
credit eū eſſe ſaluādū: an nō credit? Si nō:
igitur nō vult eū hr̄e grām finalem: igitur
nō vult eū iuuare in hoc: nec diligit eū ad
vitā eternā. ꝯñe iſte patent: qꝛ aliter beāus
vellet aliqđ contra dictamen rōnis recte.
Si dicatur ꝙ credit eū eſſe ſaluandum: ha
beo propoſitum ꝙ angelus beatus errat.
Scđo. Scđo ſic. capio preſcitū ad penā: ſꝫ exiſten
tem actualiter in gratia. tunc ſic. angelus
qui eſt cuſtos ſuus: videt eū in gratia. Que
ro igitur vtrū iſte deſiderat ꝙ hō ille aliqñ
grām illā quā hꝫ perdat: an ꝙ nunq̄ eā p-
dat? qꝛ nō pōt dici rōnabiliter ꝙ deſideriū
angeli ſit indifferens: puta ſalutis vel dam
Confirmatur. nationis hoīs ſue cuſtodie deputati. Cō-
firmatur. qꝛ magis tenet̄ talis angelus vel
le ſalutē hoīs ſibi cōmiſſi: q̄ hō ꝑlatus te-
netur velle ſalutē ſubditi: ſꝫ nō ſufficit pla
to nō velle ſubditū dānari: ſed tenet̄ eū vel
le ſaluari. ergo multo magis angelus ho
mini deputatꝰ. Sꝫ ſi dicat̄ ꝙ angelus iſte
deſiderat ꝙ talis hō perdat grām: ergo nō
vult iuuare eū ad ꝑſeuerandū in grā: ⁊ tñ
ad hoc eſt iſti homini deputatus a deo. Si
dicatur ꝙ deſiderat ꝙ nunq̄ perdat grām
ergo deſiderat aliť q̄ erit: ſed nō deſiderat
niſi ſicut credit deū velle: ḡ credidit deum
Tertio velle ꝙ talis nō perdat gratiā: ḡ decipitur
per caſum. qđ eſt ꝓpoſitū. Tertio ſub hac
forma. hoīe peccante angelus ſuus videt ꝙ
perdit gratiā quā prius habuit. quero vtrꝫ
gaudet de hoc ꝙ hō iſte perdit gratiā ſuā:
an nō? Si ſic: ergo gaudet de damno hoīs
quē cuſtodit: ergo nō diligit ipm̄ eſſe in cha
ritate. Si non gaudet: ⁊ ſcit ꝙ hoc placet
deo: ꝙ deus vult eū carere grā: igitur vult
deū aliqđ velle vel operari in mōdo de quo
non gaudet: igitur non eſt iuſtus: et errat.
Confirmatur. Cōfirmat̄. qꝛ. ij. Ethi. dicit phus ꝙ non
eſt iuſtus/qui non gaudet operationibus iu
ſtis. ſcđ ipſe ſcit. ꝙ deus iuſte illi peccatori
ſubtrahit gratiā: ergo gaudet de illa ſub-
Quarto. tractione. Quarto ſub hac forma. angelꝰ
bonus ſcit ꝙ vnus angelus malus deputa
tus eſt ad īpugnandū hoīem quē ipſe cuſto
dit ex diuina voluntate: ergo ſcit ꝙ volun-
tas dei eſt ꝙ ille malus tentet ⁊ alliciat ho
minē ad peccandū. q̄ro ḡ vtrū iſte bonꝰ ni
titur īpedire illū malū quando vult hoīem
ipm̄ tentare: an nō? Si nō: male cuſtodit:
⁊ errat nō exequēdo officiū ſibi deputatū.
Si ſic: ergo nititur īpedire illud qđ ſcit de-
um velle fieri ꝑ angelū malū: igit̄ ſe nō cō-
format ꝑfecte diuine voluntati: ⁊ ergo er-
Quinto rat. Quinto ſic. aut angelus bonus cuſto
dit hoīem quātū pōt/ſcit/⁊ dꝫ: vel non. Si
ſic: cū ſit ſapientior demone tentante ⁊ po-
tentior: debet ⁊ tenetur hoīem preſeruare
a pctō: ⁊ per ꝯñs vult: ergo ſic pōt ⁊ vult: ḡ
demon nunq̄ preualet. ⁊ ſic hō nunq̄ pec-
cat ex tentatione. ꝯñs eſt falſum. Si nō cu-
ſtodit hoīem quantū pōt/ſcit/⁊ dꝫ: ḡ errat
Sexto. negligenter agendo. Sexto. poſſibile eſt
ꝙ angelus aliq̄s cuſtodie hoīs deputatus
ꝓmittat ſe facturū aliqđ circa eum: qđ de-
pendet ex eius libera voluntate. ſicut patet
Tob. v. ꝙ angelus ꝓmiſit Tobie ſeniori ꝙ
duceret filiū ſuū ſanū: ⁊ reduceret. hoc aūt
erat depēdēs ex libero arbitrio Tobie: quia
potuiſſet eū nō ſequi. Similr̄ potuit inter
feciſſe ſeipm̄. quo poſito: angelꝰ dixiſſet fal-
ſum. ⁊ ꝑ ꝯñs erraſſet deceptꝰ. ⁊ ſic poſſibi-
Septimo. le eſſet ꝙ angelus beāus erraret. Septimo
ſic. angeli boni volūt oppoſita: ⁊ reſiſtūt im
pedientes ſe mutuo: ſed bonus angelꝰ agit
ꝯ ꝯſciam: ḡ vterqꝫ iudicat ꝙ illud expedit
fieri qđ ipe ꝓponit fieri: igit̄ cū iudicēt cō-
traria: neceſſario alter eoꝝ errat. totū añs
patꝫ de facto Danielis. x. vbi legimus ꝙ an
gelus venit ad Danielē: ⁊ dixit preces eius
exauditas: ⁊ ꝙ citius veniſſet: ſꝫ ꝙ princeps
Perſaꝝ reſtitit ei ꝑ viginti vnū dies. Et ſub
dit ſic. Reuertar vt prelier aduerſus prin-
cipem Perſaꝝ. Et ſm̄ Greg. ambo fuerunt
boni angeli tā princeps Perſaꝝ q̄ Grecoꝝ:
ḡ angeli boni volūt oppoſita: ⁊ reſiſtūt im
Octauo. pedientes ſeinuicē: qđ eſt ꝓpoſitū. Octauo
ſic. precipiat deus āgelo ꝙ curet equalr̄ de
duobus a ⁊ b. ⁊ tunc pono ꝙ illi duo equa
liter ſe habeant ⁊ indigeāt oīno in vna ho
ra: ⁊ ꝙ indigentia ſit talis ꝙ angelꝰ poſſit
alterutrū ſ iuuare in illa hora: ⁊ ꝙ preeligat
iuuare a. iſto poſito angelus talis errauit.
ꝓbatur: quia prepoſuit nō preponendum

ergo fuit acceptator pſonarū: ergo errauit
Nono. Nono ſic pbatur. ſint duo angeli a et b.
pcipiat deus cuilibet alternatim cuſtodire
ſortē ſm ptes pportionabiles iſtius diei.
ita qꝫ a cuſtodiat in prima medietate: ⁊ b ī
ſcda: ⁊ ſic alternatim vſqꝫ ad finē diei: q̄ ſit
c. in quo moriat ſortes. ⁊ pono qꝫ ſortes in
tēdat meritū ſuū cōtinue donec moriatur.
iſto caſu poſito: q̄s iſtoꝝ preſentabit animā
ſortis deo cū meritis ſuis: Videt qꝫ neuter
qꝛ vterqꝫ eoꝝ dimiſit eū ante c. g̃ ad neutꝝ
eoꝝ pertinet pſentare iſtā aiam chriſto. An
tecedēs pꝫ: qꝛ nec alter eoꝝ continue cuſtodi
uit vſqꝫ ad finē c. ſeqtur qꝫ vterqꝫ errauit
ꝯ primū pceptū. qꝛ ſi cuſtodiuit cōtinue vſ
qꝫ ad c: ſit illud tps d: tūc ſic. d eſt tps: g̃ hꝫ
ptes pportionabiles. g̃ iſti nō alternauert
ſm ptes pportionabiles ipſi⁹ d. ⁊ per ꝯñs
nec huius diei vſqꝫ ad c. qđ eſt cōtra prece
ptū eis datū. igiṫ neuter iſtoꝝ cuſtodiuit eū
vſqꝫ ad. c. Et vltra. ergo vterqꝫ dimiſit eū
ante. c. ⁊ vltra: ergo ſortes fuit dimiſſus ſo
lus āte. c. g̃ vterqꝫ errauit. Preterea neuter
eoꝝ nouit ſummā gratiā quā habuit. ergo
neuter iſtoꝝ nouit ſuū meritū. g̃ neuter pt
ſufficienter ſua merita pñtare chriſto. Añs
pꝫ inductiue: qꝛ a non nouit ſummā grām
quā habuit ſortes: qꝛ poſt qđlibet tps in q̄
a cuſtodiuit: ſortes pfecit ad maiorē grām
ergo a nō nouit ſummā grām quā ſortes
habuit. Eodē mō pōt argui de b. Silr nul
la fuit ſumma gratia quā ſor. habuit ante
c. ergo neuter eoꝝ nouit ſummā grām quā
Decīo. ſor. habuit in vita ſua. Decimo ſub hac
forma retento caſu priori de ſorte p oia: po
no tres malos angelos. e. f. g. q̄ alternent
pugnationē circa ſortē oino ſicut faciunt a
⁊ b. iſto caſu adiecto ad priorē: pbo qꝫ nec a
nec b bene cuſtodiet: ⁊ in caſus eſt poſſibi
lis ⁊ rōnabilis ſi deo placuerit. g̃ alter eo
rū errabit. Añs pbo: qꝛ ſi vterqꝫ eorū bene
cuſtodiet: ergo vterqꝫ iſtoꝝ ſciet accuſare e
f. g. ⁊ dicere quis eoꝝ frequentius reſtitit.
cōſequentia pꝫ: qꝛ fatuus cuſtos videretur
qui de tribus hoſtib⁹ neſciret quis frequen
tius vel breuius reſtitit ei. Similiter ſi neu
teṙ eoꝝ ſcit quis reſtitit de his tribus plus
aut breuius: ergo circa hoc pōt errare. ſed
falſitas primi conſequentis oſtenditur: tū
quia quilibet eorū infinities eis reſtitit: tū
qꝛ ſi dr̄ qꝫ aliquis iſtoꝝ triū frequenti⁹ reſti
tit ipſi a: ſit gratia exēpli e. aut ergo in infi
nitū reſtitit frequentius: aut finite tm̄. Si
in infinitū: hꝰ eſt irrōnabile ⁊ ꝯ caſum. Si fi
nite: ſit igiṫ qꝫ frequentius in trib⁹ ptib⁹
pportionabiliub⁹ reſtitit e qꝫ f vel g. g̃ e f et
g nō bene alternauerunt ptes pportiona
biles. qđ eſt cōtra caſum. Scđo ad princi Scđm
pale ſic. Si angel⁹ cōfirmat⁹ deputareṫ ad princi.
cuſtodiendū hoīem viatorē ſeqreṫ qꝫ talis
angelus ſciret occultas cogitationes hoīs
⁊ affectiones volūtatis humane occultas:
⁊ angel⁹ malus ſilr. ꝯña pꝫ: qꝛ angel⁹ ma
lus tētat hoīem: ſed homo per actū volun
tatis pmo vincit eū. pbo: qꝛ ſola volunta
te prio peccaṫ ⁊ recte viuiṫ ſm Aug. pmo
retractationū. ſꝫ ꝯſtat bono angelo ⁊ malo
ſilr q̄n recte viuiṫ ab illo quē cuſtodit: qꝛ di
abol⁹ ſcit ſe victū: qꝛ tūc ceſſat tētare: ſed vo
lūtate occulta primo vinciṫ: aliter cum tam
meritū qꝫ demeritū ꝯſiſtat in interiori actu
voluntatis: ⁊ multa merita ⁊ peccata fiāt
q̄ nūqꝫ vlteri⁹ ad aliquas extrinſecas opa
tiones vel affectiones trāſeūt: angelus cu
ſtos nō ſciret tales cogitatiōes vel affectio
nes occultas: ergo magna pars bonitatis
humane eū lateret. Preterea: cū orō ſm Scđo
Aug. ſit aſcēſus mētis in deū: ⁊ hoc nō pōt
ſcire niſi ſciat cogitationes occultas: g̃ tūc
angel⁹ nō poſſet pñtare illā orationē. Pre
terea. nō minus eſt cognoſcēda opatio mē Tertio
tis qꝫ grā exiſtens in mēte: vel aliquis ha
bitus infuſus: g̃ ſi angel⁹ cuſtos non poſſit
videre occultā cogitationē: non poterit ſci
re qñ hō eſt in grā ⁊ qñ nō: qđ videṫ incon
ueniēs: qꝛ tūc neſciret ſtatū hoīs quē cuſto
diret. Preterea ſi ſic: chriſt⁹ fuiſſet incarna Quar
t⁹ anteqꝫ hꝰ Gabriel ſciuiſſet. qꝛ aſſenſus fu to.
it ī mēte beate vginis añ expſſionē vocalē
cōſtat. ſꝫ ita occultus eſt aſſenſus ſicut cogi
tatio: qꝛ eque immaterialis eſt voluntas ſi
ue intellect⁹: cū eadē natura ſit voluntas ⁊
intellect⁹: pꝫ g̃ qꝫ ſi angel⁹ debeat deputa
ri ad cuſtodiēdū hoīem: cōueniēs eſt qꝫ ſci
at cogitatiōes ⁊ occultas affectiones hoīs
ſꝫ hꝰ ꝯñs eſt ꝯ ſctōs. vñ Aug. de eccliaſticis
dogmatibus. c. xlv. ſm librum nrm. Inter
nas animi cogitationes diabolū nō videre
certi ſumus: motib⁹ eas corporis ab illo et
affectionem indicijs colligi experimēto di
dicimus. Et ſubdit. Secreta aūt cordis ille
nouit ſol⁹ ad quē dr̄: tu ſolus noſti corda fi
liorū hoīm. hec Aug. Idē dicere. xvij. Pra
uū ē cor hoīs ⁊ iſcrutabile. q̄s cognoſcet il
lud: ego dñs ſcrutās corda ⁊ pbās renes:
q̄ do vnicuiqꝫ ſm ſuā viā. Oloſ. patet quis

ſolus de⁹ nouit cogitationes. Ecce argumē
tum gloſſe ad pbādū ꝙ chuſt⁹ eſt de⁹. Itē
ſup illō pō. ſcrutās corda ꝛ renes. dicit gloſ.
ſol⁹ de⁹ ſcrutat corda qd qſqꝫ cogitet. et re-
nes: ideſt qd quēqꝫ delectet: qꝛ finis cure ꝛ
cogitatiōis eſt delectatio. ꝛ infra. Opa aūt
nrā q̄ ſunt in dictis et factis/pñt videre ho
mines: ſꝫ q̄ aīo fiāt/ꝛ q̄ iure cupiāt/ſol⁹ de⁹
videt. Ecce plane dicit Aug. ꝙ intētionem
mētis ſolus de⁹ videt ꝛ delectationē men-
tis. Ex q̄ ſeqtur ꝙ ſolus deus videt merita
ꝛ demerita occulta. Dicit ad materiā iſti⁹
Rñſio argumētī vno mō ꝙ angeli boni duplr co
gnoſcūt res. vno mō in ꝟbo. alio mō in ꝓ-
prio genere: ſiue p ſpēs occultas ꝛ concrea-
tas ſm qſdā: ſiue p habit⁹ īditos ſm alios
ſeu p habit⁹ acceptos a rebus ſm tertios.
Primo mō pñt cognoſcere cogitationes
occultas: ſi eis reuelētur. Alio mō nō niſi ī
ſignis corpalib⁹: puta ex gaudio ꝛ triſtitia
Repli- reſultāte in motibus corpoꝝ/ vidēt angeli
catur. gaudiū mētis vel triſtitiā. Sꝫ ꝯ iſtō ar-
Primo guo ſic. ſi iſta ſit ꝟa: ſequit tūc ꝙ cogitatio
vel affectio mētis ſit quedā res ſicut calor
in ligno/vel ſicut lumē in medio: ḡ non eſt
maior rō q̄re magis pōt iſta res occultari
ab angelo: q̄ vna muſca vel vnū lumen in
Scdo. aere: vel vn⁹ calor in ligno. Preterea po-
no ꝙ angel⁹ cuſtos ſortis deſideret videre
qd ſortes cogitet: tūc ſi āgeli nō cognoſcūt
niſi in verbo: tūc cū ꝟbū nō oſtendat niſi li
bere: poterit ille angel⁹ deſiderare aliqd qd
nō hēbit/vel qd nō hꝫ: ſꝫ tale deſideriū re-
ſpectu nō habiti nō vr ſtare cū beatitudine
Tertio Preterea. de⁹ ꝛ natura nihil agūt fruſtra
ſꝫ tales due cogitatiōes reſpectu eiuſdē rei
vidētur fruſtra poni. videlꝫ ꝙ āgel⁹ cogno
ſcat ſortē in verbo: ꝛ ſilr quadā alia cogni-
tione: qꝛ aut equaliter cognoſcat p iſtas du
as cognitiones: vel īeqliter. Si eqliter: tūc
altera indubitāter ſupfluit. Si ſequaliter
tūc alia p quā res min⁹ cognoſcat/ſupfluit
Quar- ſicut candela in lumine ſolis. Preterea. ſi
to. angel⁹ poſſit hr̄e duas tales cognitiōes ſi
mul: quaꝝ vna vocat matutina: alia vocat
veſptina: vnā in ꝟbo: aliā in ꝓprio gn̄e: aut
pōt libere vti vtraqꝫ qn̄ ſibi placet: vel nō.
ſi ſic: tūc poſſet libere videre ꝟbum ꝛ libere
dimittere: ꝛ ſic nō eſſet cōfirmat⁹: ꝛ poſſet
ſe btificare qn̄ vellet. Si nō: ſꝫ illa q̄ eſt in ꝓ
prio gn̄e pōt angel⁹ vti qn̄ vult. Cōtra. po-
no ꝙ hēat notitiā ſortis in ꝟbo: cū illa ſit
darior q̄cūqꝫ alia ſibi poſſibili ex naturali-
bus: fruſtra cauſaret in ſe notitiā debilio-
rē. Tertio ad principale. ſi angel⁹ confir- Tertiū
matus deputaret ꝛc. ſequit ꝙ angel⁹ talis princi.
haberet notitiā oīm rerū qbus hō indiget
in vita iſta: ꝛ p ꝯñs oīm materialiū ꝛ ima
terialiū: qꝛ oīa veniūt in vſum hoīs aliquo
mō ad laudē ꝛ gliam dei. ꝯñs falſum: qa
vel cognoſceret talia p eſſentiā ꝓpriā: vel
p ſpēs a deo ſibi inditas vel infuſas: vel p
habit⁹ accipiēdo cognitionē a reb⁹. Non p
eſſentiā ſuā: qꝛ nō eſt naturalr repñtatiua
iſtoꝝ inferioꝝ: neqꝫ ſicut ſilitudo: neqꝫ ſicut
cā effectiua: qꝛ nō eſt naturalr cā iſtoꝝ in-
ferioꝝ. Silr nec immaterialiū a multo for
tioꝝ. ergo angel⁹ nō cognoſcit oīa p eſſen-
tiā ſuā: nec p ſpēs. qꝛ pono ꝙ Michael co
gnoſcat Gabrielē p ſpeciē: ḡ Michael co-
gnoſcat ſpēm illā p aliā ſpeciē: ꝛ illam per
aliam: ꝛ ſic in infinitū. Cōfirmat rō. qa Confir
vna ſilitudo naturalis nō repñtat diſtin- matur.
cta ꝛ diſſimilia: vt ſunt diſſimilia. ergo re-
linquit ꝙ angel⁹ habeat tot ſpēs qt res co
gnoſcit: ꝛ ſic hr̄et ſpēs infinitas. ꝯñs ptꝫ:
qꝛ infinite cōcluſiones ſunt ſcibiles de nu- Scdo
meris ꝛ figuris. Preterea ſi p ſpēm ſor- ad idē.
tis cognoſcat ſortē: capio notitiā intuitiuā
qua angelus iudicat ſortem eſſe Rome. po
no vlteri⁹ ꝙ ſortes recedat a Roma: quero
vtrū ſtat eadē notitia cōtinue ī angelo: an
alia ꝛ alia: ſi eadē: āgel⁹ errat. ſi alia ꝛ alia
ḡ angel⁹ ꝯtinue alterat: ꝛ nō niſi a ſorte: ꝛ
ita ſortes p motū ſuū alterabit angelū ſic-
ut cā effectiua alterationis. ꝓbo: qꝛ illud q̄
poſito ponit aliud/eſt cā illi⁹: ꝛ q̄ nō poſito
nō ponit illud/nō eſt cā: ſꝫ poſito motu ſor
tis a Roma cōtinue: ponit mutatio notitie
ꝯtinua in angelo: ꝛ nō poſito nō ponitur. ḡ
ſortes eſt aliq mō cā illi⁹ mutationis. Ma
ior ptꝫ: qꝛ oīs res ſufficiēter depēdet a ſuis Proba
cauſis in eſſe: ꝛ oībus depētis p ſolas ſuas tur ma
cauſas res hꝫ eſſe: alioqn periret oīs via ꝓ ior.
bandi p cām. Minor ptꝫ ſimiliter. ꝛ tūc vl
tra. ſortes eſt cauſa iſti⁹ mutationis in an- minor.
gelo: ſꝫ nec materialis/nec formalis/nec fi
nalis: ſicut ptꝫ. ergo efficiēs. ḡ quocūqꝫ mō
dicat ꝙ angel⁹ cognoſcat res materiales
cognitione in proprio genere: videt ꝙ res
alterent angelos. Preterea. vel ille ſpe- Tertio
cies oēs fuiſſent ꝯcreate a pncipio vel non ad idē.
Si ſic: tūc nō poſſet angel⁹ pficere ī cogni
tione: ꝯ magrm li. ij. diſ. iij. c. vij. nec poſſet
vn⁹ aliū illuminare ꝯ dictū Dionyſij de ce-
leſti hierarchia. Si nō: tūc intellectus an-

gelicꝰ acq̄reret de nouo cognitiōes ⁊ ſpēs rerū: ꝯtra Augu. ij. ſupra Gen̄. c. xiij. ⁊. xiiij. de paruis. vbi vult ꝙ oīs creatura priꝰ eſt cōdita in cognitione angelica ꝙ̄ in ſeipſa. ⁊ ſic fuit de ſpēbus lignoꝝ ⁊ herbarū / aq̄ ⁊ terre ⁊ luminariū celi. ꝗ oīm rerū ſpēs fuerūt ab initio angelis bonis cōcreate. Et q̄r to ſup Gene. ca. xix. Proculdubio vniuerſam creaturā in qua ipſi ſunt ṗncipalr̄ conditi: in verbo ipſo dei priꝰ nouerūt: ī q̄ ſunt oīa q̄ tp̱aliter ſunt eterne rōnes / tamꝙ̄ in eo ꝑ quem facta ſunt oīa: ac deinde in ipſa creatura tamꝙ̄ infra deſpiciētes ⁊ referentes ad ipſiꝰ laudē: ꝗ vniuerſam creaturam nouerūt tā veſpertina cognitione ꝙ̄ cognitione matutina. Itē ſcđo ſup Gen̄. ca. xxiij. Quapropter lucis cōditio priꝰ eſt in verbo dei ſm̄ rōnē qua eſt cōdita: hoc eſt ī coeterna p̄ris ſapiētia: ac deinde in ipſa lucis cōditione ſm̄ naturā qua cōdita eſt: ⁊ illic nō facta ſ; genita. Hec v̄o facta: q̄ ex informitate formata: q̄ iō dicit deꝰ. Fiat lux: q̄ ibi creat in v̄bo: hic v̄o in opere. Cōditio vero celi priꝰ erat in verbo dei ſm̄ genitā ſapiētiā. deinde facta eſt in creatura ſpirituali, hoc eſt in cognitione angeloꝝ ſm̄ creatam in illis ſapiētiā. Deinde celū factum eſt: vt etiā eſſet ipſa celi creatura in genere ꝓṗo: ſic ⁊ diſcretio vel ſpēs aquarū atq; terrarū lignoꝝ ⁊ herbarū: ſic luminaria celi: ſic animātia orta ex aquis ⁊ terra. Et infra. Quēadmodū ergo cognitio qua creatura cōdita eſt / prior in verbo dei: ꝙ̄ que cōdit in ipſa creatura: ⁊ ſic etiā eiuſdē rationis cognitio priꝰ fit in natura intellectuali q̄ pctō nō tenebrata eſt: ac deinde cognitio creature. Et infra. Nec mirū eſt ꝙ ſctis angelis ſuis in prima lucis cōditiōe formatis priꝰ deus oſtēdebat q̄d erat deinceps creaturus: nec eñi intellectū dei noſcerēt / niſi quantū ipſe mōſtraſſet. Ex ipſo ergo deſcēdebāt angeli: cū ipis fieret cognitio creature deinceps faciēda: ac deinde fieret in gn̄e proprio. et

Probatur tertiū aſſumptū in pn̄o argumēti tertij ṗncipalis.

multis alijs locis idē dicit. Tertio oſtendit ꝙ nō intelligūt ꝑ habitū: q̄ nec cōcreatū nec acq̄ſitū: q̄ habitꝰ non repn̄tat: ⁊ per ꝯn̄s non iuuat ad cognitionē. Si dicat ꝙ repn̄tat vel iuuat cognitionē: tunc magis rōnabiliter pōt vocari ſpēs. Silr̄ oporteret ponere ꝙ tot habitus ſunt / quot cōcluſiones cognite ab angelo. Silr̄ q̄rendū eſt ſiue ponant habitꝰ ſiue ſpēs: an ſit dare maximā multitudinē cognitoꝝ ab angelo: an non? Si nō: angelus eſt virtutis infinite: ⁊ ſilr̄ ꝑfectionis ⁊ bonitatis infinite. Conſequētia ptꝫ: q̄ maioris virtutis ⁊ meliꝰ eſt ſibi intelligere duo ꝙ̄ vnū: tria ꝙ̄ duo: ⁊ q̄tuor ꝙ̄ tria. ergo infinite ꝑfectionis eſt intelligere ſimul infinita. Silr̄ ſi eſt dare maximā multitudinē quam angelus ſimul intelligit: ergo non poſſet vnum aliud ab illis intelligere: niſi remitteret cognitio precedēs: ſed qua rōne vna: ⁊ alia. Silr̄ capta prima maxima multitudine: ⁊ addito vno illo: totū reſultās nō eſſet maioris difficultatis ad cognoſcēdū ꝙ̄ deus: ſ; in deū pōt angelus: ergo ⁊ in iſtā multitudinem: ergo nō eſt dare maximā multitudinē in quam angelꝰ ſimul pōt. Quarto non pōt dici ꝙ angelꝰ capit cognitionē a rebꝰ. Tū q̄ cōtinue alteraret ꝑ res: ⁊ deciperet: ſicut argutū fuit ſuperiꝰ. Tū q̄ infinite res cauſarent in angelo: q̄ oēs notitie et affectiōes q̄ ſunt in vno / cauſarent intentiones ſuas in alio: ⁊ ille intētiones create cauſarēt alias viceuerſa in quolibet: ⁊ ſic cū oēs forent cognite: oporteret imaginari in angelis continuas reflexiōes ⁊ ꝓductiones cauſataꝝ notitiarum. Silr̄ iſtud eſt ꝯ Aug. q̄ dicit ij. ſup Gen̄. ꝙ angeli nō ꝓficiunt capiēdo cognitionē a rebꝰ ſicut nos: ſed ſimul acceperūt notitiā rerū. Quarto ad ṗncipale. ſi ſic: tunc poſſet vnus angelus alteri loq̄ de his que ſpectāt ad ſuam cuſtodiam. ꝯn̄s falſum: ꝓbo: q̄ fruſtra foret in eis locutio: q̄ñ locutio nō eſt niſi ad manifeſtandū incognitū: ergo ſi angelus poſſet alteri loqui: ⁊ exprimere ei ſuos cōceptus: ⁊ ꝑ ꝯn̄s vnꝰ poſſet ab alio occultare affectionē ſuā ⁊ intentionē bonā. ⁊ ſic lateret vnū quātū bonum vel bonus alius eſſet: ⁊ quantū ad gratitudinē ⁊ ex diuina ordinatione d; eū diligere

Quarto.

Quartū pn.

igit pmo modo licet in caſu frui creatura. **Scđo**
Preterea: diligat idē Joā. poſtea deū con
ſimilib⁹ affectiōib⁹ oino: tunc arguitur ſic
cōſimilib⁹ affectionib⁹ oino ⁊ eq̄ intenſe ⁊
tātū bonū optādo dilexit iſte prius diabo
lū ſicut mō diligit deū: ſed nūc vere fruit
deo: ꝗ vere prius fruebat diabolo: prīo mō **Tertiō**
accipiēdo ly frui. Preterea videat aliq̄s
ali⁹ puta ſortes diabolū ſic trāſfiguratū: ⁊
credat eū eſſe diabolū ſtāte Joāne in ſua
opiniōe: deo pmittēte ipm errare: cōminā
te ſorte Joāni ꝙ occidet eū ſi adoret eū: cō
ſciētia Joānis dictat ſibi ꝙ dꝫ eū adorare
ponat igit ꝙ ſortes eū occidat ꝓ illa ido-
lolatria: q̄rit an Joānes dānabit: apparet
ꝙ nō: qꝛ error fuit inuicibilis: nec tenebat
cōſciētiā deponere. iſta igit cōſciētia erro-
nea obligauit eū. Silr adorauit eū ꝓpter
deum: putās ſe pſtare obſequiū deo. Pre **Quar-**
terea quero an poſſibile ſit aliquē veraci- **to.**
ter cōmittere idololatriā: ꝓbatur ꝙ nō: vl
credit illud qđ adorat eſſe deū vel creaturā
ſi deū: igit intēdit adorare deū: ſed intētio
format actū: igit nō eſt idololatra. Silr ſi
ſic credit: ⁊ eſt error inuicibilis: tenet ſic fa
cere. ſi non credat illud eſſe deū: igitur non
adorat corde ſicut deū. igitur nō vere colit
idolū. igit nō cōmittit vaciter idololatrā
ſꝫ ficte. igit nō contingit aliquē veraciter

x ſdololatrare. Preterea ꝙ hõ põt licite ado
Proba rare diabolũ ſic trãſfiguratũ ꝑ errorẽ ſuin
tur ad cibilem ſine pctõ: arguo adhuc ſic:et pono
huc ar iſtũ caſum ꝙ ſint duo hoĩes Petrus ⁊ Jo
ticulus ãnes:⁊ oſtẽdatur chriſtus Petro in certa
Primo effigie:⁊ credat Petrꝰ eũ eẽ verũ deũ:⁊ ado
ret eũ adoratiõe latrie.oſtẽdat deꝰ diabo-
lũ in equali ⁊ ſub eiſdẽ ſignis oĩno Joan-
ni:vt adoret eũ Joãnes. q̃ro igiꝉ vtrũ Joã
nes peccat an nõ:ſi non:habeꝉ ꝓpoſitũ. ſi
ſic:igiꝉ Petrꝰ peccat.ꝓbaꝉ ꝯña.nõ maiorẽ
certitudinẽ hꝫ Petrꝰ de illo quẽ ipſe ado-
rat:ꝙ ſit chriſtus:q̃ꝫ hꝫ Joãnes de illo quẽ
ipſe adorat.igiꝉ ſi Joanes errat: Petrꝰ er-
rat:vnde magiſter ſentẽ.li.iiij.di.xxx.ca. ſ.
Si diabolus transfigurãs ſe in angelum
lucis credatur bonꝰ:nõ ẽ error periculoſꝰ
Rñſio. Diciꝉ hic ꝙ neuter errat niſi ſub conditiõe
poſito caſu tali.Unde dicere debet:adoro
te ſi tu es chriſtus. Sed contra hoc ar-
Repli- guitur ſic.qui ſignificat ſe dubitare vbi nõ
caꝉ pri dubitat:falſo ſignificat ad qđ nõ teneꝉ: ſꝫ
mo. iſte Joãnes nõ dubitat:igitur nõ dꝫ ſigni
ficare ſe dubitare. Preterea.aut illa cõdi-
Scđo. tio adiecta diminuit de adoratione vel nõ
ſi nõ:nõ ꝓdeſt ſibi illã apponere.ſi diminu
it:igitur ſi iſte in tali caſu debet apponere
cõditionem:debet intendere diminuere de
cultu deo debito.⁊ vltra:tenetur eũ inten
dere adorare minori cultu q̃ latria: igitur
tenetur eũ velle adorare ſicut creaturã no-
bilem.ꝯñs eſt omnino irrationabile: quia
qua ratione debet adorare eũ ſicut creatu-
rã nobilẽ:deberet eum adorare ſicut deum
Scđo ⁊ ſi error nõ excuſet in vno:nec ĩ alio. Pre
princi- terea.dictamen conſcientie tantũ obligat
paliter qñ eſt erroneũ:ſicut qñ eſt veridicũ:ſed con
ſciẽtia ſua erronea in caſu errore inuincibi
li dictat ſibi ꝙ eſt adorandũ qđ ipſe ibi vi-
Tertio det.igiꝉ ſi nõ adorat:peccat mortaꝉr. Pre
terea.oẽm talẽ adorationẽ põt hõ licite fa
cere cũ qua ſtat cõtinue talis ĩtẽtio:tãtum
vnũ deũ volo adorare.ſꝫ cũ oĩ actu quẽ iſte
facit:ſtat apud eũ veritas iſtius ꝓpõnis/
tãtũ vnũ deũ volo adorare:igiꝉ interim dũ
nõ intẽdit ꝙ adorabit aliud a deo:hec nõ
eſt concepta ab eo/adorabo aliud a deo.
Quar- Preterea.odiens deũ errore inuincabili:
to vel interficiens deũ putãs eũ maleficũ:nõ
peccat:niſi ipſemet fuerit in cauſa quare er
rat:igitur nec adorãs nec diligẽs diabolũ
tãtũ ꝑ errorẽ inuincibilẽ peccat.ꝯña patꝫ:
q: maius malũ vel equale videꝉ odire deũ
⁊ adorare creaturã. Põt dici ꝙ caſus eſt Rñſio
impoſſibilis:ꝙ hõ patiaꝉ ſic errorẽ inuin-
cibilẽ exiſtens cõpos mentis ſue:ſi ipſemet
nõ fuerit in cã:q: ſi iſte nõ preſtet obſtacu
lum:deus informabit eum de illuſione ta- y
li:ſicut de ſctõ Martino legimus. Cõtra Repli-
pari rõne dꝫ dici ꝙ deꝰ nũq̃ patiꝉ hoĩem catur.
eſſe in errore inuincibili de quocũq̃ facien Primo
do niſi propter peccatũ ſuũ. ⁊ ſic nullus er
ror foret homini inuincibilis: quia poſſet
cõteri de peccato ſuo:⁊ vitare errorẽ:⁊ licꝫ
verũ ſit de facto ꝙ deus frequẽter ſanctos
in tali caſu informauit de veritate ꝑ illud
donũ ſpũſſancti qđ vocaꝉ diſcretio ſpiritu
um:nõ tamẽ includit ꝯdictionẽ ꝙ deus ꝑ
mittat hoĩem ſic errare:q: libere facit q̃c-
q̃d facit ad extra. Preterea. deus põt cũ Scđo.
intellectu cauſare talẽ aſſenſum erroneũ:
⁊ manutenere ꝑ diẽ:q: nõ includit ꝯdictio
nẽ hoc fieri:⁊ tũc illud poteſt facere. Pre Tertio
terea.ꝙ talis error ſimpľr excuſet ꝓbo per
exẽpla:q: ſm Aug. cõiugatꝰ qui adhibẽs
debitã diligẽtiã accipit nõ ſuã q̃ ſibi doloſe
ſupponitur:ſimpliciter excuſaꝉ a peccato.
Preterea.error iſte cauſat inuoluntariũ Quar-
reſpectu iſtiꝰ volitiõis in mẽte volo adora to.
re diabolũ:ſed preſtare honorẽ diabolo in
pſenti non põt:niſi aſſentiret iſti/volo ado
rare diabolũ::cui nullo mõ aſſentit per ca Quito
ſum. Preterea cõtra iſtam viã arguo ſic
ſi error talis excuſaret Joannẽ in caſu ar-
gumẽti:ponatur igitur ꝙ ille apparẽs pre
cipiat ſibi ꝙ occidat ſeipſum.Uideꝉ ꝙ ipe
teneꝉ obedire ei:⁊ ſi facit:eſt excuſatꝰ. nec
põt rñderi ꝙ ꝑ tale pceptũ ita immane po
teſt deprehendi nõ eſſe deus:q: deꝰ eſt dñs
vite ⁊ mortis.⁊ per ꝯñs põt dare faculta-
tẽ cuilibet ſuper vitã alterius:quantũcũq̃
ſit iuſtus:ſicut fecit Abrae de filio ſuo. Cõ
firmaꝉ.q: ſm Aug.in li.ſ.de ciui.c.xxſ.per
hoc excuſatur Samſon ꝙ ſeipſum occidit
cũ alijs: q: hoc intelligiꝉ feciſſe ex familia
ri cõſilio ſpũſſcti.vbi dicit ꝙ de Samſone
aliud nobis non eſt fas credere: niſi ꝙ hoc
fecit iuſſu diuino. Ad iſtud nõ tergiuer- Alia re
ſando ſꝫ dicendo ꝯñter: admitto caſum eẽ ſpõſio.
poſſibilem.⁊ concedo ꝯñam:ꝙ talis ſic er-
rans nõ peccat.Cõtra.ponatur ꝙ appari- Repli-
tio talis fiat principi magno: ⁊ ꝙ diabolꝰ ca.
ſuadeat ſibi deſtructionẽ eccleſie:ſi talis h
ad preceptum diaboli faceret: nõ peccaret
Ad iſtã dico ꝙ fidelis audito tali prece- Rñſio.
pto deberet adhibere diligẽtiã quã poſſet

ad ꝑcipiendū de illo apparēte an eſſet de⁹
vt in caſu ꝑdicto. ⁊ ſilr credendū eſt ꝙ de⁹
nō permitteret eū errare. ſi tñ deus ꝑmitte
ret: ⁊ ipſe ſub eodē errore putās ſe obſeqū
preſtare deo eccleſiā deſtrueret: non video
ꝙ peccaret: q2 null⁹ peccat niſi ſciēs ſe pec-
care: vel ignorās ignorātia vincibili: q nō
reddit inuolūtariū ſm Ariſt. iij. Ethi. Sꝫ
Replica. ꝯ illud arguo ſic. Jo. xvj. Venit hora vt ois
qui interficit vos: arbitretur obſequiū ſe
preſtare deo. qđ beat⁹ Aug. pertractās ſup
Jo. homilia. xliij. dicit ꝙ Judei occidentes
chriſtū ⁊ pſequētes aplos arbitrabātur ſe
preſtare obſequiū deo vero: ſed gētiles oc-
cidēdo aplos arbitrabant ſe preſtare obſe
quiū dijs falſis. ergo Judei occidētes chri
Rñſio. ſtū nō peccauerūt. Ad iſtud dico ꝙ non
ſeqtur: q2 ignorantia Judeoꝝ fuit craſſa ⁊
affectata: nec fuerunt ſoliciti ad cōſideran-
dū facta chriſti ⁊ ſuam doctrinā ꝑ bonū iu
diciū rationis. ⁊ ideo meruerūt excecari et
nō illuminari. Vñ eoꝝ ignorantia nō excu
ſat. nec eſt ſimile ad caſum argumenti. Sꝫ
Ꝯtra Ꝯ artic. principalē. Arguit adhuc arguo cōtra ꝯcluſionē principalem
de adoratione iſtius qui ſic decipitur. que-
ro vtrū cōmittit idololatriā an nō. ſi ſic: er
go peccat. Si nō: contra. adorat creaturam
adoratione latrie: igitur cōmittit idolola-
triam: large loquendo de idololatria. Con
firmatur iſta ratio: q2 gentilis adorās ido
lū aut credit ipſum eſſe deū vel nō credit. ſi
nō: igitur nō exhibet ei cultū ſoli deo debi
tū: q2 ille cultus exiſtit in deuotiōe cordis
magis ꝙ̄ in obſeqo corporis. igitˀ ſi nō cre-
dit idolū ſuū eſſe deum: nō exhibet ei cul-
tū ſoli deo debitū. igitur nō eſt idololatra:
q2 nō ē graue periculū exhibere creaturis
reuerentiā: niſi cedat in dei preiudiciū. Et
ſilr ſequitur. nō credit illud eſſe deū: igitur
nō adorat illud ſicut deū adoratiōe latrie
⁊ vltra: ergo nō eſt idololatra. Si dicatur
ꝙ talis credit idolū illud eē deū ſicut aſſen
tit ipſe: igitˀ nō peccat: q2 ſeqtur dictamen
cōſcientie erronee: ⁊ habet ignorantiā īuin
cibilē. ⁊ ſic aliquis homo poſſet ꝑ totā vi-
tam ſuā adorare idola ſine pctō mortali: ſi
Rñſio. talis error eū excuſaret. Ad iſtud dico ge
neraliter loquēdo de omni infidelitate ſiue
ſit hereſis ſiue quecumqꝫ infidelitas: ꝙ nū
ꝙ̄ aliquis induci ꝑmittitur in ꝯtriū errorē
fidei: que fides eſt neceſſaria ad ſalutē ⁊ cō
ſequendā vitā eternā: niſi propter aliquā
malitiā voluntatis: qua vel negligit ſtude
re vel indagare circa ea ad que naturaliter
ordinatur. ⁊ quicūqꝫ nō prebet tale obſta-
culum diuine gratie: vbicūqꝫ fuerit ⁊ quo
modocūqꝫ ſe habuerit: infundetˀ ſibi noti-
tia ſufficiens ad ſalutē: ⁊ videbit veriſimili
tudines ⁊ rationes ſufficienter cauſantes
in eo aſſenſum. ⁊ ſic dependet fides a volū
tate: preſupponēdo ſcꝫ bonū vſum volūta
tis. Tunc ad argumētū cōcedo ꝙ ver⁹ ido
lolatra credit illud qđ adorat eſſe deum: ⁊
errat. ſꝫ dico q ipſe ē cā illi⁹ erroris aliquo
modo: ⁊ alˀs nō peccaret. vnde ꝓpter volū
tatem ⁊ negligētiam viuēdi ſm principia
iuris naturalis incidit in talē errorē: ⁊ ita
nō ſequitur: facit ſm dictamen cōſcientie:
igitur nō errat: ſicut notū eſt. Sed ꝯtra Obiectio.
iſtud videtur eſſe intētio Augu. in homil.
xliij. ſuper Jo. ſicut ſuperius allegatū eſt.
gentiles in perſequēdo apoſtolos arbitra
bantur ſe preſtare obſequiū dijs falſis: igi
tur iudicauerunt ſe adorare falſos deos.
Reſpondeo ꝙ hec ꝓpoſitio ⁊ conſimiles Rñſio.
gentilis ſe iudicat adorare deū falſum: eſt
diſtinguenda: eo ꝙ talis propoſitio deno-
tat iudicare ſeu actū iudicādi trāſire in di
ctum ꝓpoſitionis vel in rem dicti: hoc eſt
in aliam propoſitionē a dicto in ſua forma
cuius tamen ſubiectū ſupponit pro eadem
re ꝓ qua ſupponit alterū extremum dicti:
cuiuſmodi eſt iſta: gentilis iudicat ſe adora
re iſtū: nō ꝙ gentilis iudicet hanc eſſe ve-
ram / adoro falſum deū: quia ſicut bene ar-
gutum eſt: tunc non coleret eū cultu latrie
qui requirit aſſenſum talis propoſitionis.
ſed quia gentilis iudicat talē eſſe verā: iſte
eſt deus: demonſtrato idolo quod adorat:
ideo errat. ⁊ per conſequēs idololatrat. De
ſexto articulo patuit alibi.

Finis.

¶ Hec ſunt que ſuper quatuor libros ſen-
tentiarū argute diſputata a magiſtro Ro
berto Holkot de ordine predicatorū natio
nis Anglice inuenimus: quibus nōnullas
eiuſdē cōferentias adiecimus: additurí q
ſequuntur de imputabilitate peccati: ⁊ de-
terminationes eiuſdem.

¶ Incipit eiuſdem magiſtri Roberti Holkot de imputabilitate peccati ſubtiliſſima diſquiſitio.

Qõ pn cipalis A Argu. primũ princi.

Utrum omne peccatum ſit imputabile voluntati? Et arguit ꝙ nõ. q̃ tunc omne peccatũ originale foret imputabile volũtati. ꝯña patet de ſe. ⁊ ꝯns eſt falſum. q̃ arguitur ſic. peccatũ originale ſaltem nõ quodlibet eſt in p̃tate voluntatis: ergo nõ quodlibet tale vitari põt. ergo nõ quodlibet tale efficit aĩam infectã ⁊ reã. Aſſumptã ptꝫ de peccato originali alicuius paruuli: qui nec poteſt nec potuit illud vitare. ⁊ ꝯña ꝓbatur per Aug. de duabus aĩabus: vbi arguit ꝯ̃ Manicheos: qui dixerũt aĩas aliquas eẽ malas: ⁊ nõ factas p̃ncipes tenebraꝝ: ⁊ arguit ſic. Si a nunc male ſunt: aut ꝑ natura aut voluntate male ſunt. Sed natura male eẽ ſe nequeũt: vt ſuperius diximus ꝑ diſpoſitionẽ voluntatis atqꝫ poteſtatis: ꝙ dicere aĩas malas eſſe ⁊ nihil peccare/ plenũ eſt demẽtie. ⁊ dicere eas peccare ſine voluntate/ magnũ deliramentũ eſt ⁊ ſic peccato reum teneri quẽq̃ qd nõ fecit: ⁊ qd facere nõ potuit: ſumme iniq̃tatis ⁊ demẽtie eſt. Et poſt. ſi libero motu ad faciendũ vel nõ faciendũ carent: ⁊ abſtinẽdi nulla p̃tãs cõceditur: nec peccãt. Ex quo ſequit ꝙ ſolum pctm̃ actuale volũtariũ iputat ad culpã.

Scdm̃ princi.

Scdo arguit ſic. Si oẽ pctm̃ ſit imputabile ad penã: tũc omne pctm̃ veniale imputatur ad culpã. ⁊ tunc quodlibet tale remitteret charitatẽ: vel ſaltem natum foret remittere charitatẽ. Conſequentiã ꝓbo ſic: q̃ qdlibet veniale foret alicuius malitie: ⁊ ita minus bonus foret qs habito aliquo veniali: q̃ ſubducto oĩ veniali: ceteris paribus. ⁊ ſic ꝑ ꝯñs minus charus ⁊ accept⁹ deo foret qs ꝓ pctõ veniali ceteris parib⁹ ⁊ ꝑ ꝯñs minueret ei⁹ charitãs aliquo mõ: ⁊ ſic ꝯñs eſt falſum: q̃ ſi quodlibet veniale remitteret charitatẽ: tũc ſequeret ꝙ per venialia poſſet qs ꝑdere charitatẽ: qd eſt falſum.

Tertiũ princi.

Tertio ſic. Si quodlibet peccatũ ſit ĩputabile ⁊c. tũc quodlibet pctm̃ mortale foret hmõi. ⁊ ꝑ ꝯñs cũ qdlibet mortale ex hoc ꝙ mortale ẽ/ ſit maioris malitie q̃ oĩa venialia poſſibilia: ſequeret ꝙ quodlibet mortale ex hoc ꝙ mortale eſt/ iputaretur ad maiorẽ culpã: vel magis imputaretur ad culpã q̃ omnia venialia ſimul coniuncta: ꝯñs eſt falſum: quia tunc quodlibꝫ mortale excederet quodcumqꝫ veniale improportionabiliter: quod eſt falſum: q̃ venialia poſſunt tantũ multiplicari: ꝙ equabunt vni mortali: vt apparet per mgr̃m li. iiij. diſt. xvj. c. j. ⁊ ſumitur ab Aug. de igne purgatorij: vbi dicit magiſter ꝙ talia minuta peccata ſi collecta cõtra nos fuerint: ita nos grauabunt ⁊ opprimẽt: ſicut vnũ aliquod grande pctm̃. ⁊ conſimilis ſententia frequenter innuit ab Aug. ⁊ ab alijs doctoribus. ⁊ per ꝯñs nõ quodlibet mortale excedit quodlibet veniale improportionabiliter.

Quartũ pn.

Quarto ſic. Si omne peccatum ſit imputabile: tunc ſequeretur quod omne peccatũ ignorãtie ſit imputabile ad culpam: ⁊ per ꝯñs quodlibet tale pctm̃ foret voluntariũ. ꝯña probatur: vt in primo principali. ſed ꝯñs eſt falſum: vt dicit Ariſto. iij. ethi. c. iiij. Ubi dicit ꝙ peccata q̃ fiunt ex ignorãtia: digna ſunt venia: quia ſunt inuoluntaria: ⁊ conſimile habet mgr̃ expreſſe lib. ij. ſen. diſt xxij. c. ix. ⁊ x. Ubi arguit ſic. quãdo aliq̃s male operat ex ignorantia: nõ vult ſe peccare: ergo inuoluntarie peccat ⁊ nõ voluntarie. Aſſumptũ probatur: q̃ talis nõ nouit ſe peccare: ꝑ non vult ſe peccare. ꝯña nota eſt. ⁊ añs ptꝫ. q̃ ſi ſciret ſe peccare: tunc nõ foret pctm̃ ignorantie. Sic ergo ex oppoſito: ſi peccat ignoranter: nõ nouit ſe peccare: ergo nõ voluntarie peccat.

Quintũ princi.

Item ſi omne pctm̃ ſit imputabile ad culpã: cum quelibet tranſgreſſio precepti ſit pctm̃: ſequitur ꝙ quelibet trãſgreſſio p̃cepti imputaret ad culpã. ꝯñs eſt falſum: q̃ aliqua ſunt ſtatuta: quoꝝ trãſgreſſio obligat ſolũ ad penã ⁊ nõ ad culpã niſi fiat ex contemptu. Sic em̃ prelati ſtatuentes intendunt tranſgreſſores obligare: ⁊ ꝙ oĩs tranſgreſſio talis p̃cepti ſit peccatum: arguitur ſic. Omnis talis trãſgreſſio obligat ad penã: ergo oĩs talis tranſgreſſio eſt pctm̃. ꝓbatur ꝯña per Aug. li. lxxxiij. q. q. xxiiij. vbi dicit. Omne meritũ pene eſt peccatũ: ⁊ meritũ premij recte factum. Sic em̃ diffinitur peccatũ: ꝙ ipm̃ eſt meritũ pene. Similiter primo retractationũ ca. ix. dicit Aug. ꝙ omnis pena ſi iuſta eſt: pena peccati eſt: ⁊ ſupplicium nominatur: ergo per ꝯñs nihil aliud q̃ peccatum obligat hominẽ ad penam: ⁊ ita ſi tranſgreſſio

aliꝗuius precepti vel obligat ad penam: ſe
Sextũ quitur ꝙ illa trãſgreſſio ſit peccatũ. Sex
princi. to ſic. Si omne peccatũ ſit imputabile vo-
luntati: ſequitur ꝙ perplexus inter duo p̄-
cepta: quodcumq̃ȝ illorum faceret: pecca-
ret: ⁊ culpã incurreret. conſequens eſt fal-
ſum. quia conſilium eccleſie eſt in caſu per
plexitatis ꝙ eligat minus malum: vt pȝ
in caſu diſtin. xiij. nerui. ⁊ ſumitur origina
liter a beato Gregorio. xxxv. mora. ca. xiiij.
Septi-mũ pn. Septimo ſic. Si omne peccatum ſit im-
putabile ⁊c. ſequitur ꝙ peccatum finalis
impenitentie foret imputabile ad culpam.
conſequentia patet: quia aliquod eſt tale
peccatũ: vel ſaltem poſſibile eſt eſſe vt ha-
betur a magiſtro lib. ij. diſtin. xliij. ſed con-
ſequens eſt falſum: quia ſi tale peccatũ im
putaretur ad culpam: ſequeretur ꝙ foret
demeritorium: ⁊ ita cum nullum ſit pecca-
tum finalis impenitentie in vita iſta: ſequi
tur ꝙ poſt vitam iſtam poſſet homo tale
peccatum cõmittere: ⁊ ita demereri. qḋ eſt
falſum: q̃m omne meritũ in hac vita cõpa
raꝷ: ⁊ ita poſſet aliquis poſt hanc vitã ſal-
uari vel releuari: vt pȝ in multis alijs lo-
Octa-uũ pn. cis. Octauo ſic. Si omne pctm̃ ſit impu
tabile ⁊c. tunc ſequiꝷ ꝙ omne pctm̃ omiſſi
onis ſit imputabile voluntati: ⁊ tũc cũ ali
qua omiſſio precepti illius ad qḋ hõ tene-
tur ſit peccatũ: ſequiꝷ ꝙ omiſſio pura ali-
cuius foret imputabilis volũtati: ⁊ ita ta-
lis omiſſio foret demeritoria: ꝯñs eſt falſũ
q: ſi ſic tunc eadẽ rõne omiſſio mali foret
meritoria: ⁊ ita quilibet haberet tantũ me
ritum vel tot merita quot omitteret mala
Nonũ princi. qḋ eſt falſum. Nono ſic. Si omne pctm̃
ſit imputabile ⁊c tunc primi motus eſſent
imputabiles voluntati. cõſequentia patet:
quia tales motus ſunt peccata: vt habeꝷ
ab Aug. in ſermone de vtilitate penitẽtie:
vbi dicit ſic. Inquantũ ex occaſione carna
lis infirmitatis motus rep̄hẽſibiles ⁊ im-
probi ſurrepunt: peccamus vtiq̃ȝ: ⁊ hoc fa
teri cõuenit nos: ne dura ceruice nõ lãguo
ris noſtri ſanitatẽ ſed dãnationẽ ſupbie
mereamur. Et idẽ habeꝷ a magiſtro lib. ij.
diſt. xxi. c. ij. Ubi cum loquiꝷ de duplici ge
nere tentationis: quoꝝ vnum eſt ab hoſte
aliud a carne: dicit ꝙ illa que eſt a carne:
nunq̃ eſt ſine peccato: etiam ſi ſit abſq̃ȝ cõ
ſenſu voluntatis. ⁊ notum eſt ꝙ hmõi ten
tatio vocatur p̄mus motus. ergo tales mo
tus ſunt peccata: ⁊ per ꝯñs imputabiles vo
luntati: etiam ſi voluntas nõ conſenſerit.
ſed hoc eſt falſum: vt pȝ per Iſidorum de
ſummo bono lib. ij. c. xxv. vbi dicit ſic. Non
eſt arbitrij noſtri cogitationis praue ſug-
geſtiõibus preuenire: iacere aũt in animo
quodlibet ei imputatur. ex quo videꝷ ꝙ ta
les motus nõ imputantur ad culpam: niſi
adſit conſenſus voluntatis. Decimo ar- Deci-mũ pn.
guitur ſic. Si omne peccatũ ſit imputabile
⁊c. cũ oĩs actio infideliũ ſit peccatũ: ſequiꝷ
ꝙ omnis actio eoꝝ imputareꝷ eis ad cul-
pam. ꝯñs eſt falſum ⁊ contra magiſtrũ li.
ij. diſt. xli. ⁊ cõſequentia ꝓbatur: quia oĩs
actio infidelium peccatũ eſt: vt apparet in
gloſſa ad Ro. xiiij. ſuper illud apoſtoli. Oẽ
quod nõ eſt ex fide: peccatũ eſt. ⁊ allegatur B
ij. ſen. diſt. xli. c. i. Ad oppoſitum poteſt Ad op
argui per magiſtrum lib. ij. diſt. xxxix. per poſitũ.
totum: vbi videtur velle ꝙ actus volunta
tis ſit imputabilis: quia bonus vel malus
⁊ actus aliaꝝ potentiarũ nõ. Ex quo ſequi
tur ꝙ ſi aliquid imputetur homini ad cul
pam: hoc erit per voluntatem. Item Aug.
i. de lib. ar. per magnum proceſſum oſten-
dit ꝙ ſola voluntas increpanda eſt ꝓ pec
cato: que a nullo cogi põt vt peccet niſi a
ſe tantũ. Item Anſel. de conceptu virgina
li oſtendit ex intentione ꝙ pctm̃ ⁊ iuſtitia
non ſunt niſi in voluntate: nec imputãtur C
niſi voluntati. ⁊ hoc. c. xiij. Ad queſtionẽ Deciſio
diſtinguendum eſt de peccato. Sumiꝷ enĩ qõnis
peccatum ꝓprie ꝓ actu vel habitu vitioſo Prima
voluntatis create. Alio modo generaliter diſtin.
ꝓ quocumq̃ȝ vitio in quolibet ſubiecto in-
uentum fuerit. Hec diſtinctio ſumitur ab
Augu. de adulterinis coniugijs lib. i. circa
medium. vbi dicit ſic. Peccare proprie non
eſt niſi eius qui vtitur rationalis volunta
tis argumento. Improprie aũt conuenit
etiam brutis aĩalibus. Primo dicitur ali Quõ ali
quid eſſe pctm̃ dupl'r. Uno modo: q: reum quis dr
facit aliquem. Alio modo dicitur ideo eſſe eẽ pec-
peccatum: q: reatu factum. hec verba ſunt cator.
Aug. ij. contra Iulianũ. c. xvij. ⁊ primo mo
do dicitur aliquid eſſe proprie peccatum. ſ.
quia reum aliquẽ efficit. vt dicit Augu. de
nup. ⁊ concupiſcen. lib. i. Ubi dicit ꝙ non
habere peccatum proprie eſt nõ eſſe reum
peccati. Ex quo videtur ꝙ hoc ſit aliquod
peccatum qḋ eſt reum facere: ita ꝙ iſte ter
minus peccatum nõ dicitur in quid de alis
quo: ſed denominatiue. Et ſimiliter. c. xiiij.
in princi. dicit. Tunc proprie peccatum di-

citur cū imputaē. Eadē diſtinctio ponitur
ab eodē libro. ij. de baptiſmo paruulorum
in reſponſione ad quartam queſtionē: ⁊ in
multis alijs locis. Similiter iſte terminus
reatus non dicit de aliqua re in quid: ſed
tm̄ denominatiue: qꝛ non dicit reatus: niſi
Quid ſit rea-tus. qꝛ reū aliquē facit. Unde etiā actus qui
iam trāſijt: dicitur manere quo ad reatum
nō quia reatꝰ ſit aliqd: ſed quia a tali actu
denominaē quis reꝰ: ⁊ reprehēſibilis ⁊ re-
prehēſione dignus. Unde ꝙ iſtud ſit verū
oſtēdit Aug. vj. cōtra Julianum. Ubi que
rit ex intētione qd ſit reatus: ⁊ oſtendit ꝙ
nō ſit ſubſtātia aliqua: ⁊ ſi dicaē ꝙ ſit acci
dens: querit vbi eſt in ſubiecto: ⁊ ſi dicitur
ꝙ in cōſcientia rei: arguit cōtra hoc de rea
tu peccati cuius eſt aliqs oblitus: de quo
nullā hꝫ ꝯſciētiā: ⁊ tandē dicit ſic: ꝙ trāſ-
eunte actu manet reatus in occultis de le-
gibus: que leges ſcripte ſunt quodāmodo
in mētibus angelorū: ne ſit iniquitas ipu-
nita. Ex quibꝰ apparet ꝙ reatꝰ peccati nō
ſit aliqua res: cū nec ſit ſubſtātia nec acci-
dens. Sed ꝓ tāto dicitur manere: quia ta
lis adhuc reus ē apud deū ⁊ increpatiōe
dignꝰ. ⁊ idō dicit ꝙ reatꝰ ſolū manet in oc-
cultis dei legibus ⁊ mētibus āgelorū: que
ſcḋm legē dei ⁊ iudicia angelica iudicant ꝙ
talis eſt vituperatione vel increpatiōe di-
gnus: qui nōdū penituit de commiſſo. Po
teſt ergo dici ꝙ reatus pcti nō eſt aliud q̄
effectus peccati: quo. ſ. efficitur qs vitupe
rabilis ⁊ arguēdus quouſqꝫ ſatiſfecerit ꝓ
cōmiſſo. ⁊ ſic tranſeunte actu dr̄ peccatum
manere quo ad reatum: qꝛ ſi actus tranſijt
⁊ deſinit eſſe: manet tm̄ ille effectus quo ali
qs eſt reꝰ ꝓ illo cōmiſſo. ⁊ ſic intelligendū
eſt qḋ cōiter dicitur: ꝙ peccatū ſumiē vno
modo ꝓ actu: alio mō ꝓ reatu. vt actꝰ pec
cati ſit illud qḋ fecit aliquē vituperatione
dignum: ⁊ reatus ſit effectus illius actus
q manet deſinēte actu: ⁊ ille effectus nihil
aliud eſt niſi ꝙ ille redditur redarguēdus
ex hoc ꝙ actū illū cōmiſit ⁊ non penituit.
Sic ergo pꝫ ꝙ illa diſtinctio preallegata
cū dr̄ ꝙ pctm̄ aliqḋ dupliciter dr̄: vno mō
qꝛ reum facit: alio modo qꝛ reatū efficit:
eſt eadem cū iſta que dicit ꝙ pctm̄ vno mō
Scḋa diſtin. accipitur ꝓ culpa: alio mō ꝓ pena. Ulte
rius etiā ſciendū eſt ꝙ reatū aliquē facere
eſt imputari ad culpam. Siſr pctm̄ remit-
ti quo ad culpam/eſt nullum reum facere
poſtq̄ reum aliquem effecit.

Ad primum principale

Ad primū p̄n. Cum dicitur: tunc omne pctm̄ originale fo
ret imputabile ⁊c. concedo. ⁊ cū arguitur
ꝙ nō: qꝛ tale pctm̄ in puulo nunq̄ fuit in
eius ptāte vt vitaret. cōcedo. nego autē cō
ſequentiā cum inferē: ergo nō eſt imputa-
bile volūtati. ⁊ hec rñſio pꝫ per Augu. de
natura ⁊ gratia. c. ij. ⁊. iij. contra hereticū
cōtra quē cōpoſuit illū librū: vbi dicit Au
gu. ꝙ multi damnantur nō ſolum qꝛ ſine
peccato nō fuerunt: ſed etiā qꝛ ſine eo eſſe
non potuerunt. Cuius oppoſitū dixit here
ticus. Dixit enim ꝙ ſi peccatores aliq fue-
runt: ⁊ aliud eſſe non potuerunt: culpa ca-
rent. Sed Auguſtinus directe ibi dicit op
poſitum: ⁊ ratio eſt: qꝛ ſi cōſequentia vale-
ret: ſequereē ꝙ nihil eſſet īputabile ad cul
pam: niſi ex hoc ꝙ foret in poteſtate volū-
tatis illius cuius eſt. ⁊ hoc nō eſt verū: qꝛ
ſicut quelibet iuſtitia ex hoc ꝙ eſt iuſtitia/
eſt imputabilis ad laudē: ita qlibet iniuſti
tia ex hoc ꝙ iniuſtitia eſt: ē īputabilis ad
culpā. Sed non ex hoc ſolum dicit aliquid
eſſe iuſtum vel iniuſtum: qꝛ eſt in poteſtate
voluntatis cuius eſt. igitur ex hoc ſolo nō
eſt aliqd imputabile ad laudē vel vitupe-
rium: qꝛ eſt in ptāte voluntatis in qua eſt.
Qꝫ aūt nō ex hoc ſolū ſit aliqd iuſtum vel
iniuſtū: qꝛ eſt in ptāte eius in quo eſt: ap-
paret: qꝛ ſicut aliqua voluntas poteſt fieri
iuſta ab alio q̄ a ſe etiam ſine ꝓprio motu
ita etiā ⁊ eadē rōne poteſt fieri iniuſta ab
aliq ⁊ ſine ꝓprio motu. Sed voluntas par
uuli fuiſſet facta iuſta ab alio q̄ a ſe ſi pri-
mus parēs ſeruaſſet iuſtitiā originalem ⁊
nō peccaſſet: ſicut declarat Anſ. primo cur
deꝰ hō. c. x. ergo eadē rōne pōt fieri iiuſta
ab eodē: abſqꝫ hoc ꝙ illa iniuſtitia ſit ī ſua
ptāte. Et cauſa totius eſt: qꝛ oīs iuſtitia vł
iniuſtitia eſt ex ſe laudabilis vel vitupera-
bilis. Et aliqua eſt iuſtitia ⁊ ſiſr iniuſtitia
que nata eſt induci in ſubiectum ab extrin
ſeco: abſqꝫ hoc ꝙ ſit in ptāte ſuſcipientis.
Sed ſi arguiē cōtra hoc per Anſ. de caſu
diaboli. c. v. vbi videē dicere ꝙ boni ange-
li ſi nō habebāt in ptāte iuſtitiā perdere:
non magis meruerunt ſeruādo iuſtitiā q̄
ſeruādo rōnabilitatē. Ex quo videē ſequi
ꝙ nihil ſit laudabile vel vituperabile niſi
qḋ eſt in ptāte volūtatis. Ad hoc dicit ꝙ
nō ſequiē: quia Anſ. non probat qn iuſti-
tia ex ſe ſit laudabilis. ſed ꝓbat ꝙ nō fuiſ

ſet laudabile in eis ꝙ ſtarent/ ⁊ ꝙ iuſtitiā
ſeruarēt: niſi eā ꝑdere poſſent: ⁊ niſi ipſam
ſeruare foret in eoꝝ ptāte. ⁊ hoc eſt verū.
Et eodē modo dico ꝙ paruuli q̄ nō habēt
vſum rōnis: ꝙ nō eſt laudabile in eis nec
vituperabile ꝙ cadāt a iuſtitia: ⁊ ꝙ nō re
ſurgāt ab iniuſtitia. ⁊ hoc eſt q: non eſt in
eoꝝ ptāte: ſ3 tn̄ ipſa iuſtitia laudabilis eſt
⁊ iniuſtitia vituperabilis eſt: ⁊ h' ex ſe. Q
aūt ipſi ſeruēt eā: hoc eſt: q: acceptā ꝑdere
Ad au nō pñt. ⁊ hoc nō eſt in eis laudabile. ⁊ tūc
ctorita ad auctoritatē Aug. cū dicit reū eū teneri
tē Au. q: nō fecit qđ facere nō potuit: ſumme ini
quitatis ⁊ demētie eſt. Hic dꝫ dici eodē mō/
ſicut ad Anſelmū: ꝙ ſi nulla ptās abſtinē-
di vel retinendi ꝯcedit: tūc abſtinere vel re
tinere nō fuiſſet eis imputabile. Ex hoc nō
ſequit ꝙ iuſtitia vel iniuſtitia retenta vel
abſens ex ſe ſit laudabilis vel vituperabi-
lis. ⁊ ꝑ ꝯñs tā iuſtitia originalis ꝙ iniuſti
tia ſibi oppoſita eſt imputabilis paruulis
l3 neutra ſit in eoꝝ ptāte. ⁊ hoc dictū ſit ꝓ
Nota pῖo argumēto. Sed tn̄ ꝓ materia argu
ꝓ ma- mēti vidēdū ē de pctō originali: nūqd ali-
teria qđ tale ſit in paruulis. Scđo qđ ſit ipſum
ar. pmi pctm̄. Tertio quō a parētib⁹ traducat i ꝓ
Nota. lem. Quantū ad primū nō eſt magnū du
pmum. biū apud chriſtianos: l3 eñ aliqñ dictū fu
erit a qbuſdā hereticis ꝙ puuli nullū tale
cōtrahebāt pctm̄. vt recitat Aug. de here-
ſibus. c. viij. tn̄ determinatū eſt ab eccleſia
illā opinionē fuiſſe erroneā: ſicut pꝫ in ca
nonibus. de ꝯſe. di. iiij. placuit. iij. cū ſuis
concordantijs. De hoc etiam Aug. Greg. ⁊
Beda. ⁊ omnes doctores autentici ſatis ex
preſſe ⁊ diffuſe locuti ſunt. nec etiam eſt ne
ceſſe eoꝝ dicta ꝑducere. Ideo preſuppono
illud tanq̄ vnū articulū fidei: ꝙ aliquod
Scđm tale peccatū ſit in paruulis iam natis non
not. tamen baptizatis. Sed tunc videndū eſt
Quid quid ſit illud peccatū. Aliqui aūt dixerūt
ſit pcm̄ illud nō eſſe culpā: ſed penā tantū: vel ob-
origi. ligationem ad penā. Sed iſtā opinionem
improbat magiſter li. ij. di. xxx. c. vj. ⁊ Anſ
de conceptu virginali. c. iij. Alij vero qui
concedunt peccatum originale eſſe culpā:
diuiſi ſunt inter ſe: dicentibus quibuſdam
ꝙ peccatū originale non eſt aliud q̄ pec-
catū actuale primi parentis: qđ omnibus
ab ipſo deſcendentib⁹ imputatur: qđ impro
bare videt Anſ. de conceptu virginali. ca.
xxvj. ex intentione. Alij dicunt peccatū ori
ginale non eſſe peccatū alterius: ſed illius
tantū q̄ eo reus eſt: ſiue puulus ſiue adul-
tus. Adhuc inter ſic opinantes quidam di
cunt peccatum originale eſſe puram priua
tionē iuſtitie originalis ſiue iniuſtitia: que
nihil eſt in rerū natura: niſi pura priuatio
⁊ carētia iuſtitie in ſubiecto apto nato: ſic
ut videtur velle Anſ. de conceptu virgina
li quarto ⁊ ſexto. Sed ſicut alſ dixi: nō ap
paret mihi ꝙ aliqua talis priuatio pura
ſit peccatum nec originale nec actuale ⁊c.
Ideo videt mihi dicendū ſicut dicit ma Quid
giſter: ꝙ pctm̄ originale ſit habitus mal⁹ ſit pcm̄
cum quo nati ſumus: ⁊ quem ab ipſo nati origi.
uitatis exordio trahimus: de quo dicit ma ſ3 opi.
giſter lib. ij. di. xxx. c. viij. ſic. Concupiſcētia mgri ⁊
cū qua nati ſumus: vitiū vtiq3 eſt qđ par- docto.
uulum habilē ꝯcupiſcere facit: adultū etiā
cōcupiſcentē reddit. Sicut eñ in oculo ce-
ci in nocte vitiū cecitatis eſt: ſed nō appa-
ret: nec diſcernitur inter videntē ⁊ cecū ni-
ſi luce veniēte. Sic ⁊ in puero vitium non
eſſe apparet donec etatis ꝑfectionis tps
occurrat. Illud ſumitur ab Aug. de verbis
apoſtoli homilia. xix. Sed ꝯ iſtam viam Cōtra
arguit quidam magiſter reuerēdus multi op. ſuā
pliciter. Primo ſic. ſm ipſam poſitionē ta arguit
le vitiū nō contrahit niſi ex feruore libidi auctor
nis in actu ꝓpagationis: ergo ſi aliq̄s con primo.
ciperet ſine tali libidine ⁊ feruore: nullum
haberet pctm̄ originale. ꝯñs pꝫ: q: careret
cauſa illius peccati. Sꝫ in multis caſibus
poteſt fieri talis cōceptio naturalis ſine li
bidine huiuſmodi ⁊ feruore: q: vt dicit ma
giſter iſte: mulier poſſet cōcipere ſine com-
mixtione viri: ⁊ per ꝯñs ſine tali libidine.
pꝫ hoc vt dicit idem magiſter: de muliere
q̄ cōcepit in balneo: ⁊ per ꝯñs paruulus ex
ea natus nō contraxit pctm̄ originale: qđ
eſt falſum. Scđo ſic. ſi deus cauſaret talē Scđo
materiā qualis eſt caro in vtero ante infu
ſionem anime: ⁊ infunderet in eam aīam:
tūc anima illius traheret partē ab illa ma
teria: q: illa in omni qualitate ⁊ oīno aſſi-
milat alteri materie: ⁊ eſt eiuſdē nature cū
ea: ⁊ aīa etiā ſic creata eſt eiuſdē nature cū
aīa alia. g̊ eſſet eq̄liter actiua in illā animā
ſicut materia in vtero in animā infuſam:
g̊ ipſa aīa ifuſa in materiā ſic a deo creatā
macularet: ⁊ haberet pctm̄ originale. con-
ſequēs eſt falſum: q: tūc libido in feruore
ꝓpagationis nō foret cā talis macule: cu-
ius oppoſitum dicit hec poſitio. Tertio Tertio
ſic. Beatus Aug. ſepiſſime dicit ꝙ corpus

nihil agit in ſpiritū: quō ergo inducit caro
infecta pctm̄ i aīam: nā hoc nō ɔtingit ni-
ſi aliqd inducēdo in aīam: vel aliqd aufe-
rēdo ab aīa: ſʒ nullū illoꝝ ɔtingit: cū nullo
mō pōt agere ī ſpm̄: ꝗ caro ꝗlitercūqʒ diſ
poſita/nō maculat aīam: ꝛ p ɔñs aīa non
Quarto. ɔtrahit peccatū a carne. Quarto ſic. Si
nullꝰ hō vnꝗ̄ peccaſſet: ꝛ forēt diſpoſiti in
corpe ſicut nūc ſūt: tūc ſemē decaſuʒ ab eis
eſſet diſpoſitū ſicut mō eſt: ergo tātā hrēt
feditatē ſicut nūc hʒ. qꝛ illa feditas nō eſt
aliud ꝗ̄ aliqua qualitas mala in carne. ꝗ
cū caro ſit res inanimata: quātū i ea eſſet
cauſaret peccatum in aīa: nec in ptāte aīe
eēt vitare qn macularet nō plus ꝗ̄ nunc
eſt. ꝗ ſi nullus hō vnꝗ̄ peccaſſet: nec mō
etiā peccaret in actu: dūmodo tñ talis ma
teria foret decaſa qualis nunc eſt: ſequeret
ꝙ paruulus ɔceptus ex tali materia tra-
heret pctm̄ quale nunc hñt infantes ante
baptiſmū. ꝛ ita ſequeret ꝙ peccatū pmoꝝ
parentū nō eſt cā̄ quare infantes tra
hunt peccatū originale. ɔñs eſt falſum et
contra beatū Aug. de baptiſmo paruulo-
rum. ꝛ habetur vt dicit magiſter li. ij. diſt.
Quinto xxx. c. noīe autem. Quinto arguit ꝙ cō-
cupiſcentia carnalis nō eſt cā pcti origina
lis in paruulis. Nā talis ɔcupiſcentia vel
delectatio pōt p circūſtantias bonas excu
ſari: vt nec ſit iputabilis: nec vituperabilis:
ſicut multa alia opa que alr̄ eēnt mala ni-
ſi excuſarent per circūſtantias bonas. ꝛ cū
bonū matrimonij excuſat illā concupiſcē-
tiam vt nō imputet ad culpā. vt dicit ma-
giſter lib. iiij. diſt. xxxj. ergo pari mō eſt in-
ter cōiugatos: vbi habēt talē actū totali-
ter ꝓpter amorē dei: ac ſi nulla ibidem fo-
ret ɔcupiſcentia. Sed tūc nullū foret pec-
catū pulis ɔceptis ex tali actu. ſicut nec
chriſtꝰ habuit pctm̄: tñ fuit ex gñe Ade. ꝗ
nullꝰ mō ɔceptꝰ i mr̄imonio legitimo ꝛ to
talr̄ ꝓpter amorē dei/ɔhit aliqō pctm̄: qō
Sexto eſt oppoſitū poſitionis. Preterea volo ꝙ
deus mūdificet materiā diſpoſitā ad rece-
ptionē aīe: vt nulla ſit in ea feditas: cū h
ſtat ꝙ nō infundit gratia in infuſione aīe:
tunc ergo foret poſſibile ꝙ aīa induceret
in materiā illā: abſqʒ hoc ꝙ infunderetur
grā. ꝗ tunc aīa illa nullū haberet peccatū
originale: qꝛ nullū tale contraheret ex car
ne. ſed conſequens eſt falſum: quia ſi talis
decederet ſine gratia: eterna puniret pena
dāni: ſicut de facto puniunt aliq paruuli:
vt appet per Aug. de fide ad Petrū: ꝛ vbi
cūqʒ loquit de iſta materia. Itē ſi mate- **Septimo.**
ria foret ſic mundata: adhuc maneret obli
gatio ad iuſtitiā originalē: ſed cū priuatio
iuſtitie originalis ſtet cū tali mūditia car-
nis: ſequeret ꝙ peccatū originale nō cau-
ſat ex tali feditate carnis: vt dicit poſitio.
ꝛ ſequit ꝙ amota tali feditate nō eſſet in-
iuſtitia vel peccatū illud originale. Sʒ con
ſequēs eſt falſum: qꝛ iuſtitia originalis nō
eſt aliqua qualitas carnis: nec aliq̄ diſpo-
ſitio ſequēs diſpoſitionem carnis ſeu com
plexionē. ꝗ priuatio illiꝰ iuſtitie ſtat cū qua-
libet diſpoſitiōe carnis: ꝗ cū eiꝰ mūditia.
Preterea ſi iuſtitia originalis foret aliq̄ **Confirmatio.**
diſpoſitio carnis: tunc poſſet talis iuſtitia
carnis haberi ex naturalibꝰ: ꝛ ita poſſʒ hō
ſaluari ex puris naturalibꝰ: qō eſt falſum.
Itē illa ɔcupiſcētia ī aīa ɔcta a carne nul
lo mō pōt vitari ab aliquo paruulo: nec il
la ipotētia vitādi deſcēdit ex culpa paruu
li. ꝗ illa ɔcupiſcētia nullo mō iputanda eſt
paruulo ad culpā. Itē ɔcupiſcentia illa **Nono.**
vel ɔhitur naturalr̄ vel voluntarie ab illo
paruulo. nō voluntarie: qꝛ tunc eſſet pec-
catū actuale: nec naturalr̄: qꝛ tunc nō eſſet
culpādus ꝓpter eā: ꝗ ꝛc. Sed iſtis non **Rñſio ad obiectum**
obſtātibus dico vt prius: ꝙ pctm̄ origina-
le eſt habitꝰ qdā vitioſus: quē ɔtrahit aīa
ex carne. hoc em̄ videt ſentire Aug. hypo-
noſticon rñſione vltima: ꝛ in oībus libris
ſuis quos cōpoſuit contra Pelagiū: ꝛ ſilr
in omnibus libris ſuis contra Julianum:
vbi multū tractat materiā iſtā. Hoc idē vi
detur eſſe de intentione Hiero. vbicūqʒ lo
quitur de materia iſta. ꝛ idē videt eſſe de
intētione alioꝝ doctoꝝ. ideo rñdeo ad ar-
gumēta. Ad pmū qn̄ dicit: vitiū nō ɔhit
niſi ex feruore libidinis in actu ꝓpagatio **Ad primum.**
nis. ɔcedo hoc gratia diſputationis. Dico
tñ ꝙ ɔtrahi poſſet abſqʒ actu ꝓpagatio-
nis. qꝛ tale vitiū ſm ſpeciē fuit in aīa pmi
parētis ante ꝓpagationē plis: tñ de facto
ita eſt ꝙ in paruulis nō ɔtrahit niſi ex fer
uore libidinis in actu ꝓpagatiōis: ꝛ ideo
de forma nego ɔñam. qn̄ arguit ꝙ ſi ali-
quis ɔciperet ſine tali libidine ꝛ feruore:
nullū haberet pctm̄ originale: qꝛ ſi ita ſit
de facto: alr̄ tñ pōt eſſe. Unde veriſimile ē
mihi ꝙ ſi talis materia per potentiā ange
licam bonā vel malā ſumeret de aliquo nō
renato abſqʒ libidine actuali eiꝰ a quo ſuſ
ciperet: ꝛ nō foret mūdata ante inductio

nem anime: tunc anima ipſa ex ipſa vnio-
ne cõtraheret vitium tale: licet tunc nõ fo-
ret peccatum originale: forte poſſet rõna-
biliter dici pctm̃ originale iuxta ꝓceſſum
Anſ. de conceptu virginali. c. ij. vt intelli-
gatur illud peccatũ: quia contrahitur ab
initio illius perſone: tamen ꝯcedo ꝙ de fa-
cto ita eſt ꝙ tale pctm̃ nõ contrahitur niſi
ex feruore libidinis in actu ꝓpagationis.
⁊ hoc maxime in renatis. ⁊ concedo etiam
gratia argumẽti: ꝙ ſi aliquis ꝯciperetur ſi-
ne tali libidine ⁊ feruore: nullum haberet
peccatũ originale. Et cum dicit ꝙ in mul-
tis caſibus põt fieri talis conceptio: nego
hoc: loquẽdo de cõceptione naturali: nõ ſu-
pernaturali: quia aliter nõ eſſet ad ꝓpoſi-
tum. Et cũ dicit: mulier ꝯcepit in balneo.
Dico ꝙ ſi ita fuerit: tunc ipm̃ ſemen virile
quod ſuſcepit: decaſum fuit a viro cũ libidi-
ne ⁊ feruore tali qui ſufficiebat ad fedita-
tẽ ⁊ maculã ipſius carnis. ⁊ forte etiã libi-
dinoſe ſuſceptũ fuit a muliere: ita ꝙ nõ ſe-
quit materiã illã fuiſſe deciſam ⁊ ꝯceptam
ſine libidine: ſꝫ nõ fuerit ꝯcepta ꝑ cõem ꝓ-
pagationẽ. ⁊ ita illud nõ ꝓbat ꝙ paruulꝰ
ex illo ſemine natus nõ ꝯtraxit originale.
Ad ſecundũ. Ad aliud cũ dicit: ſi deꝰ crearet aliquam
materiã ſimilem illi materie oĩno: ⁊ infun-
deret in eã aĩam ⁊c. Dico in illo caſu ꝙ ta-
lis aĩa ex vnione cũ materia ſic creata non
ꝯheret maculam. Et cũ dr̃: materia ſic crea-
ta in oĩ qualitate aſſimilat alteri materie:
et eſt eiuſdẽ nature cũ ea: et ſilr̃ aĩa creata
eſt eiuſdẽ nature cũ alia aĩa: ſed vna mate-
ria eſt eque actiua in ſuã animã ſicut alia ĩ
ſuã: ⁊ econuerſo. ꝯcedo cõcluſionem. ⁊ dico
ꝙ habitꝰ creatꝰ ex materia ꝓpagata na-
turaliter erit peccatũ: ⁊ alius habitus nõ
erit peccatũ. Et cauſa eſt: qꝛ habitus talis
nõ eſt eſſentialiter ⁊ ꝑ ſe peccatũ: tãtũmõ
a cauſa a qua fit habet ꝙ ſit pctm̃: ſicut ex
libidine parentum que peccatũ eſt ex hoc
ꝙ libido eſt: ſꝫ nõ imputet parẽtibꝰ. aliqñ
etiam ex affectu libidinis: qui eſt feditas
ipſius carnis. ⁊ ideo materia illa que crea-
ta eſt cũ conſimili qualitate nõ erit effecti-
ua pctĩ: ſꝫ ſit effectiua conſimilis qualita-
tis. ⁊ illud videt eſſe de intentione Augu.
hypo. rñſione quarta in prin. Ubi dicit cõ-
tra eos qui poſuerunt libidinẽ eſſe natura-
le bonũ ſic. Nos aũt libidinẽ non natura-
le bonũ: ſed naturale malũ eſſe dicimꝰ ⁊c.
Et ꝙ non ſit naturale bonum dat cauſam,
quia. ſ. nõ fuit in principio nature congeni-
tum. vbi videtur innuere ꝙ ſi fuerit talis
qualitas a deo indita anime in ſuo princi-
pio: tũc nõ fuiſſet malũ: ſꝫ naturale bonũ.
⁊ ita dico in ꝓpoſito. ⁊ cũ dr̃: ſi deus nunc
crearet materiã ſimilẽ materie ꝓpagatio-
nis in omni q̃litate: adhuc in vna foret ali-
qua qualitas fetida ⁊ maculoſa: ⁊ in alia
materia qualitas eiuſdẽ ſpeciei non foret
fetida: ⁊ ſimiliter ꝙ habitus creatꝰ in aĩa
ab vna carne foret peccatũ: in alia nõ. Uel
alr̃ poſſet dici: negãdo ꝙ hoc poſito deus
poſſet creare materiã alteri in oĩ qualita-
te oĩno ſimilem. ⁊ hoc quia qualitas aliq̃
creata in vna foret feditas ⁊ effectus libi-
dinis: ⁊ in alia conſimilis qualitas ſm̃ ſpe-
ciem nõ foret aliqua feditas: nec effectus
alicuius niſi ſolius dei: ⁊ ideo licet forent
ſimiles ſm̃ ſpeciem: nõ tamẽ forent omni-
no ſimiles: ⁊ ita nõ ꝓcedit argumentum. Ad tertium.
Ad tertiũ cum dicitur ꝙ beatus Augu.
ſepiſſime dicit ꝙ corpus nihil agit in ſpiri-
tum: dico ꝙ caro nõ cauſat peccatũ in ani-
mam: nec aliquid iducit in animam: quod
aliunde ſibi nõ ineſt: nec aliquid ab ea au-
ferendo. Sed ideo dicit inducere pctm̃: qꝛ
fecit aliquid qđ eſt in anima fore peccatũ:
qđ aliunde nõ foret peccatum: ſi non foret
feditas carnis. Et quomodo iſtud ſit dice-
tur expreſſe in articulo ſequẽti: vbi tracta-
bitur quomodo peccatũ originale a paren-
tibus traducatur in prolẽ. Ad quartum Ad q̃rtum.
quãdo dicitur ꝙ ſi nullus homo peccaſſet
vnq̃: ⁊ forẽt diſpoſiti in corpore ſicut nũc
ſunt: tunc ſemẽ deciſum ab eis eſſet diſpo-
ſitum ſicut nunc eſt: ergo tantam haberet
feditatem ſicut nunc habet ⁊c. Dicendo ſic
ut dictum eſt ad tertium: dico ꝙ in eo ca-
ſu qualitas que nũc eſt macula: tũc non fo-
ret macula: ⁊ ſimiliter habitus qui nũc eſt
vitioſus: tũc nõ foret vitioſus: quia iã nõ
eſt vitioſus eſſentialiter: ſꝫ tm̃ qꝛ deſcẽdit
a vitio. ⁊ ideo licet materia omnẽ tunc ha-
beret qualitatem qualem nunc habet: ⁊ ſi-
militer anima: tũc tñ caro nõ ꝯtraheret fe-
ditatem: nec aĩa pctm̃ ſicut nũc. ⁊ ideo ar-
gumentũ nõ ꝓcedit. Ad quintũ cum ar- Ad quintum.
guit ꝙ cõcupiſcẽtia carnalis nõ eſt cauſa
peccati originalis in paruulis: quia talis
ꝯcupiſcentia põt excuſari ꝑ bona opa ⁊ ꝑ
circũſtantias bonas: vt non ſit imputabi-
lis nec vituperabilis: ſicut multa alia ope-
ra excuſant; que aliter eſſent vitioſa ⁊c. ne

go aſſumptũ. ⁊ dico ꝙ talis cõcupiſcentia
eſt cã peccati originalis ĩ paruulis. Et ad
ꝓbationẽ cũ dicit ꝙ talis concupiſcentia
põt excuſari per opa bona vel circũſtãtias
bonas: cõcedo ꝙ bñ poteſt excuſari a cul-
pa ne imputet ad culpam: ſic eñ excuſatur
ꝑ bonũ cõiugij: vt tactũ eſt in argumento:
nõ tñ ſic excuſatur per illa bona opera vel
alia: qn ſit vel nata ſit eſſe cã peccati ani-
ma ibi infuſa ⁊ cõiuncta. et ideo inquãtũ
ad culpã idem eſt inter coniugatos ꝓpter
bona cõiugij tantũ cõuenientes: ac ſi nul-
la in actu eoꝝ foret ꝯcupiſcẽtia mala: quã-
tũ ad hoc. ſ. ꝙ ex cõcupiſcẽtia illa nullã cõ
trahũt maculã vel culpã: nõ tamẽ perinde
eſt quãtũ ad effectũ ſequẽtem ex cõcupiſcẽ
tia. et ideo nõ ſequit quin paruulus cum
hmõi ꝯcupiſcentia ꝓpagatus ꝯhit pecca
tum originale. Ad ſextum cum dicit: volo
ꝙ deus mundificet materiam ad receptio
nem anime: vt nulla ſit in ea feditas adnu
xta: ⁊ cũ addit ꝙ cũ hoc ſtat ꝙ nulla infun
datur gratia in animã in ſui cõiunctione:
loquẽdo de gratia gratum faciente: cõce
do. ⁊ vltra concedo ꝙ tunc alijs parib⁹ ta
lis paruulus nullum contraheret origina
le: q: tunc nihil eſſet cã alicuius talis pec-
cati. Et cũ arguitur ꝙ ſic: q: ſi talis decede
ret ante oẽm gratiam ⁊ ſine omni peccato
puniret eternaliter pena dãni. Dic reſpon
deo: ⁊ dico q̇cquid cõtingeret de tali: quia
verũ ſic decederet an nõ incertũ eſt. ſed ta-
mẽ quicq̇d verũ foret de ſuo proceſſu: dico
ꝙ in illo caſu nõ foret debitor mortis: vel
dato ꝙ foret debitor mortis ꝓpter penam
peccati primi parentis: qđ non credo: dico
ꝙ nõ dãnaret: q: ſi careret ꝑpetua viſione
beatifica ſiue nõ: tamen talis carentia nõ
foret ſua dãnatio. ſicut angelis q̇ ſteterũt/
ſi deus nõ ꝯtuliſſet eis aliam gratiã ꝙ̃ in
creatione acceperunt: nõ fuiſſet eis dana-
tio tũc carẽtia viſionis quã nunc habent.
Ita dico ꝙ ſi paruulus ille in illo caſu poſi
to ſine gratia decederet: nec mors nec carẽ
tia viſionis foret ſua dãnatio: q: nõ dãna
ret quaſi ꝓpter ſuã culpã. Exiſtimo tñ cũ
nullus ſit creat⁹ niſi ad beatitudinẽ: ꝙ ſi
talis decederet vt poſitũ eſt: non eternali-
ter careret viſione beatifica: nec hoc ꝓbat
aliqua auctoritas quã vidi vel audiui. Sꝫ
tũc ꝯ hoc directe videt eſſe aliud argumẽ-
tum cũ dicit. ſi materia foret ſic mũdata:
adhuc maneret obligatio ad iuſtitiã origi
nalem. Sed ꝑuatio iuſtitie originalis ſtat
cũ mũditia carnis: ergo nõ cauſat talis ꝑ-
uatio ex immũditia carnis: cuius oppoſi-
tum dr. Dic dico ꝙ ſi materia foret ſic mũ-
data: adhuc maneret obligatio ad iuſtitiã
originalẽ: ⁊ iõ nego aſſumptũ ꝙ priuatio
iuſtitie originalis ſtat cũ mũditia carnis:
⁊ hoc omnibus alijs ſtantibus de lege cõ-
muni: exceptis his que ponuntur in caſu.
Non eñ ſtat cũ cõi lege ꝙ caro ſit munda
ab oi macula: ⁊ ꝙ aĩa de nouo creata ⁊ in-
fuſa ſit ꝑuata originali iuſtitia. bñ tñ poſſi
bile eſt ꝙ nõ obſtãte macula carnis/ deus
infundet anime in ſua origine aliquã gra-
tiam: ⁊ cũ hoc ꝙ nullam ſibi imputet cul-
pã. hoc ſtat cũ munditia carnis: ⁊ cũ imun
ditia carnis. Sed dico ꝙ alijs paribus ſi
deus mũdet carnem ab oi macula: ⁊ infun
dat ei aĩam de nouo creatã: neceſſario illa
aĩa habebit iuſtitiã originalẽ. Et cũ argui Ad cõ
tur ꝙ nõ. q: iuſtitia originalis nõ eſt aliq̃ firma
qualitas carnis: nec aliq̃ qualitas ſequẽs tionẽ.
cõplexionẽ carnis: ꝯcedo ꝙ nõ ẽ aliqua q̃-
litas carnis: nec ſequẽs cõplexionẽ carnis
tamꝙ̃ ſit in carne: ſed dico ꝙ ipſa eſt aliq̃
qualitas in aĩa: que ex carne hꝫ ꝙ ſit iuſti
tia: ⁊ ſimiliter ex carne munda haberet ali
qualiter ꝙ foret iuſtitia: ſicut dicet poſtea
Et tunc vltra cũ infert: tunc poſſet aliq̇s
habere iuſtitiã ex naturalib⁹: ⁊ per ꝯñs ſal
uari poſſet: concedo ꝙ aliquis ex naturali
bus nõ maculatis poſſet habere iuſtitiam
originalẽ: ſic eñ oẽs paruuli habuiſſent ſi
primus parẽs nõ peccaſſet: ſicut vult An-
ſel. primo cur deus homo. c. xviij. ſed nõ ſe
quitur ex hoc ꝙ naturalia ſufficerent ho-
mini ad ſalutẽ: q: talis iuſtitia originalis
nõ ſufficit ad meritum vite eterne. Ad Ad o-
octauũ cũ dicit: talis concupiſcentia nullo ctauũ.
modo vitari poteſt ab aliquo paruulo: er-
go nõ eſt ſibi imputabilis. nego ꝯñam. ſic
ut eñ dictũ eſt: concupiſcentia in aĩa par-
uuli eſt iniuſtitia: ⁊ ex hoc ꝙ iniuſtitia eſt:
imputari debet ad culpã: ſaltem digna eſt
imputari. Et ſi dicat ꝙ nõ videtur quomo
do poſſet eſſe iniuſtitia: niſi foret ex volun
tate: hoc eſt falſum. ſicut eñ iuſtitia eſt vir
tus quã ſolus deus in mente operatur: vt
dicit magiſter lib. ij. diſt. xxvij. in prin. Ita
iniuſtitia põt eſſe in aĩa alicui⁹: abſqꝫ hoc ꝙ
ꝓueniat ab eius voluntate vel a motu ſue
voluntatis. ⁊ hoc maxime veꝝ eſt in his q̇
nati ſunt accipere ab aliquo tã iuſtitiã ꝙ̃

iniuſtitiam:⁊ habiles fieri iuſti vel iniuſti
Ad nonum. cuiuſmodi ſunt paruuli. Ad nonū cū dr:
culpa originalis aut ꝯtrahitur naturalr aut
volūtarie. Dico ꝙ pōt dici ꝙ ꝯtrahitur natu
raliter:ꝓ tanto qꝛ ꝯtrahitur ꝑ naturalē ꝓpa
gatione:ſꝫ hoc nō eſt ex prima ꝯditiōe na⸗
ture:ſꝫ ex p̄uaricatiōe.⁊ pōt dici ꝙ ꝯtrahitur
volūtarie:nō qꝛ ꝯtrahitur ꝑ volūtatē pnu
li actualē: ſꝫ primi parentis:ſicut dicit ma
giſter li.ij.ſen.di.xxxj.⁊ tūc nō ſequit̄: ꝯtrahi
tur naturaliter:ergo nō eſt imputabile ad cul
pā:qꝛ naturale eſt tali pctō ꝙ ꝯtrahit̄ na
turaliter iſto modo quo dictū eſt.ſicut na⸗
turale fuiſſet iuſtitie originali eo modo cō
trahi.⁊ ex hoc nō ſequit̄ ꝙ nō ſit imputa⸗
bile:qꝛ vt dictū eſt:ex hoc ꝙ eſt iuſtitia vl
I iniuſtitia:eſt laudabilis vel vituperabilis.
De traductione pctī origi. Opi. Modo reſtat videre quō pctm̄ originale
a parētib⁹ traducat̄ in ꝓlem. Unde vide⸗
bat̄ quibuſdā impoſſibile ꝙ pctm̄ tale tra
ducat̄:ſicut Iuliano:Pelagio:⁊ eoꝝ ſequa
cibus. Alij aūt ad ſaluādū pctm̄ ponebāt
ꝙ ſicut caro paruuli traduat̄ a parēte: ita
aīa traducitur ab anima.⁊ ita cū traduat̄
anima:traducitur tale peccatum. Iſta opi
nio fuit multū famoſa apud aliquos:⁊ vi⸗
debat̄ neceſſaria ad ſaluandū peccatū ori⸗
ginale.ſicut videt̄ Aug.innuere in multis
locis. Hec tn̄ opinio videt̄ eſſe cōtra inten
tionem ⁊ ſententiam doctoꝝ ⁊ totius ec⸗
cleſie. Dicit enī magiſter lib.ij.diſt.xviij. c.
viij.ſic. Catholica eccleſia nec ſimul nec ex
traduce factas eſſe animas docet: ſꝫ in cor
poribus ꝑ coitū ſeminatis ⁊ formatis in⸗
fundi:⁊ infundēdo creari.⁊ allegat Aug.
de eccleſiaſticis dogmatibus. ⁊ Hiero. in
auctoribus illius epiſtole que dr̄ dialogus
Hiero.⁊ Aug. Sed ad hoc reſpondet qui⸗
dam ſic:ꝙ traductio accipitur dupliciter:
⁊ ꝓprie:⁊ improprie. Proprie ſumitur pro
generatione animatoꝝ per deciſionem ſe⸗
minis.⁊ ſic loquēdo: ad hoc ꝙ aīa dicatur
fieri ex traductione:oporteret ꝙ decideret̄
in ſemine:⁊ fieret ex preiacēti materia ⁊ ex
aīa generātis.⁊ iſto mō nō fit aīa ex tradu
ctione.xxxij.q.ij.quod vero.in gloſ.⁊ ſic loqn
do intelligit magr vbi allegat̄. Alio modo
ſumit̄ traductio improprie:qn̄ aliquid ge
nerat̄ a ſuo ſimili abſqꝫ tali deciſione:ſicut
ignis generat̄ ab igne:⁊ iſte modus datur
ꝑ beatū Aug.⁊ Thomā ſuper.iiij.ſen.diſt.
xvij.⁊ iſto mō pōt concedi vt docet ille ma
giſter:ꝙ aīa filij fit ex anima parentis:nō
tantū de ſubſtātia carnis:nec de alia ma⸗
teria:ꝯhit̄ enī ſic vt dicit:ꝙ de⁹ p̄ter aīas
primoꝝ parentū nullam deinceps creauit
nec fecit ꝓprie loquēdo:ſꝫ formata in vte⸗
ro matris aīa generatur ex anima:ſicut de
alijs agētib⁹ naturalib⁹ videm⁹: ꝙ cū ma
teria fuerit diſpoſita ad receptionē forme:
⁊ agēs fuerit approximatū:inducit formā
ſimilē ſue forme.⁊ ſic de inductiōe anime.
Et ꝓ iſta poſitiōe multas adducit euiden⸗
tias.⁊ ꝓbat ꝙ deus nō creat aīas : nec de
nihilo.⁊ hoc ſemel improbato : cū illa via
ſit maxime improbabilis:relinquit̄ hec poſi
tio dicta. Arguit p̄io ꝑ auctoritatē Gen. Arguitur pro opi.
ca.ij.vbi dr̄. Requieuit de⁹ die ſeptimo ab oi
ope ⁊c.ſicut dicit Aug.ad Oroſium.q.xlj.
Requieſcere dr̄ de⁹ a ꝯdendis nouis crea⸗
turis:qꝛ poſt editionē ſex dierū nullā dein
ceps cōdidit creaturā. Itē vel ꝯſimile dicit
iiij.ſuꝑ Gen.ad lr̄am.c.iij.⁊.iiij. Si diceri
mus deū nouas aīas nūc creare:cauēdū ē
ne fruſtra ſcriptura tā diligēter cōmēdet
ſex diebus ꝯſummaſſe oīa opa ſua. Et ſi di
cat̄ ꝙ h̄ itelligēda ſunt ſic:ꝙ de⁹ poſt illos
ſex dies nō fecit aliqd̄ nouū genus creatu⸗
re. Cōtra arguit magiſter:ꝙ de⁹ multa ge Cōtra rōnem
nera aīaliū poſtea fecit:que tūc nō erāt ni
ſi in reb⁹ ſeminalib⁹:cuiuſmodi ſunt aīalia
que generant̄ ex putrefactiōe:de quib⁹ li.
ij.di.xvj. Similiter Exo.j.dr̄ ꝙ oēs anime
iuſte q̄ egreſſe ſunt ex femore Iacob ⁊c.vbi
videtur ꝙ aīe traducantur a parentibus.
Preterea beatus Aug.x.ſuper Gen.quem Secōo
adducit magiſter ad p̄tē iſtā: vbi dicit ma⸗
giſter ex.c.iij.illius lib:i. Similiter Caſſio⸗ Tertio
dorus libro de aīa ca.ij.eſt iſti⁹ opinionis:
vt dicit magiſter. Imaginat̄ enim ꝙ oēs
aīe preter aīam chriſti ⁊ primoꝝ parentū
ſunt traducte quodammodo:videlꝫ ex aīa
parentū. Ubi oſtendit ꝙ aīa chriſti nō ha⸗
buit originale peccatum: et.ratio eſt:quia
non fuit ex traduce.vbi ait ſic. In hunc lo
cum tenor diſputationis nos perduxit : vt
animas reas per traducem peccati dicere⸗
mus.vbi vult vt expreſſe dicit magiſter:ꝙ
anima non eſſet rea peccati originalis niſi
eſſet ex traduce. Itē ad h̄ eſt vt dicit Al⸗ Quarto.
dredus abbas in dialogo ſuo de aīa lib.j.
circa finē.vbi videt̄ approbare poſitionem
q̄ dicit aīas filioꝝ eſſe a parentibus : ⁊ nō
a deo de nouo creatas.⁊ rō ſua eſt. Si ani
me nō ſunt ex traduce:quomodo peccaue⸗
runt oēs in Adā:vbi ſm carnem tātū fuer

tunt:⁊ caro ſine aïa peccare nõ põt:⁊ cum
nouas de⁹ creat aïas:abſit vt eas crearet
peccatrices. Itẽ idẽ vult Aug. in dialogo
de aïa inter ipſum ⁊ Hieronymũ:⁊ etiã in
libro ſuo de origine aïe:⁊ eſt ad Hierony-
mũ:⁊ in oïbus alijs locis in quibus loqui
tur de materia iſta:videtur plus fauere il
li opinioni q̃ dicit aïam eſſe ex aïa:⁊ nõ de
nouo creari. Itẽ ad hoc eſt Dam. in fine li
bri ſui q̃ vocatur centũ hereſ. Ubi expreſſe
vult ꝙ deus dedit potentiã hoĩ generãdi
ſibi ſimile:ſicut arbores ⁊ herbe et aïalia
aliqua ſine aliquo extrinſeco inducẽte for
Quito mã ſibi vltimã generãt ſibi ſilia. Itẽ hõ
eſt aïal maxime perfectũ:ergo ſibi compe-
tit maxima ꝑfectio naturalis :ſicut habeẜ
in ꝓlogo meta. tũc vnũquodq̨ ꝑfectũ eſt:
cũ põt generare ſuũ ſimile: ⁊ etiã alie res
naturales hoc pñt:ſicut herbe et plãte: ſic
ut habeẜ in Geñ. q̃ in ſe habẽt ſemẽ ſuũ. ꝗ
Confirmatio. ⁊c. Item q᷑ inductio forme vltime eſt pro
prie generatio:ergo ſi de ſe induãt de⁹ for
mã vltimã hoïs:⁊ homo ſolũ diſponit ma
teriã:veri⁹ diceref ꝙ deus generaret oẽm
Sexto hoiem:q̃ ꝙ hõ generat. Itẽ in oï genera
tione vniuoca generãs dat ſpẽm ſuo gene
rato:⁊ agẽs principale ⁊ finis generatio-
nis:vt habeẜ ſcḋo phyſico. ⁊ in parte a cõ
mẽtatore in. viij. ꝫ Auicẽ. ⁊ cũ gñatio hoïs
ſit generatio vniuoca:⁊ homo habeat ſpe-
ciẽ ex aïa ſua:videtur ꝙ aïa filij ſit ex parẽ
tibus. Preterea nullũ incõueniens ſequiẜ
ponendo aïam ex aïa generari:quin conſi
mile ſequitur ponẽdo ꝙ alia animalia ſibi
generãt ſimile:nec aliqua auctoritas expꝛ̃ſ
ſe obuiat. vt pꝫ p Aug. vbi prius. x. ſuper
Septimo. Geñ. ergo illud ponere eſt catholicũ. ꝓba
tur ꝯña li. ij. diſt. xviij. Item arguitur ſic.
Si aïe creãtur a deo ex nihilo:tũc filius cõ
trahit carnẽ ⁊ non animã a parentibus. ⁊
tunc cũ peccatũ non ſit in carne: ſequereẜ
ꝙ filius non cõtrahit pctm̃ originale: qḋ
eſt falſum. cõſequẽtia ꝓbatur:ponatur ꝙ
deus creet materiã in oïbus ſimilẽ mate-
rie q̃ eſt in muliere:⁊ ꝙ infundat animam
vtriq̨ materie:tunc ſi vna cõtrahit pecca-
tũ:⁊ alia. pꝫ cõſequẽtia:q᷑ oïa ſunt paria
in vtraq̨ materia. Sed aïa infuſa in mate
ria noua de nouo creata non cõtrahit pec
catũ:q᷑ nũq̃ fuit debitrix iuſtitie nec in ſe
nec in ſuis parẽtibus:ꝗ nec in ſe nec in alio
Octauo. potuit vitare pctm̃:ꝗ nullo modo cõtrahit
pctm̃. Itẽ argumentũ eſt:poſito ꝙ deus
ſubito adnihilaret materiã ſic conceptam
⁊ diſpoſitã immediate ad receptionẽ aïe:⁊
crearet ibi ſimilẽ materiã in toto:⁊ infun
deret aïam in illã materiã:tunc filius nat⁹
nullũ hrẽt pctm̃:q᷑ q̃cq̃d haberet:imedia-
te a deo hrẽt. ꝗ eadẽ rõne nec filius conce-
ptus ex ſili materia ſi de⁹ infunderet aïam.
hãc rõnẽ vt dicit mgr̃: põderãt doctores p̃
dicti:videlꝫ btũs Aug. x. ſup Geñ. ⁊ Caſſio
dorus de aïa. c. ix. ⁊ Aldredus abbas. ꝗ ⁊c
Preterea ſuppoſito cũ materia fuerit in Nono.
vtero diſpoſita ad ſuſceptionẽ aïe: ꝙ de⁹
nõ infundat aïam:ſed permittat eã creſce
re ⁊ augeri ſm ſuã naturã. ſicut enĩ prius
creſcebat ex aliqua virtute intrinſeca:ita ⁊
tunc creſceret:⁊ tunc cũ materia illa habe-
ret formã corporis humani:lineamenta et
quantitatẽ ⁊ etatẽ qua naturaliter exiret:
nõ ẽ dubiũ quin natura expelleret illã ma
teriã:et eſſet viuũ vt pri⁹ viuebat:⁊ p ꝯña
foret aïal habẽs in toto formã hoïs ſaltẽ
corporalẽ:⁊ figurã qualẽ homo habet:⁊ ta
mẽ foret aïal irrationale. Tũc ſi ex cõſequẽ
ti deus infunderet in illud aïal aïam rõna
lẽ:tũc qḋ prius fuit aïal irrationale nõ fie
ret hõ:qḋ eſt falſum: q᷑ aïal qḋ prius fuit
nõ eſt corruptũ:ſed adhuc manet: ⁊ nõ eſt
homo:ſed eſt pars hoïs tantũ. Itẽ volo
ꝙ deus auferat illã aïam humanã:tũc ma Decimo.
neret aïal illud viuum vt prius: ⁊ per ꝯña
nunc ad ablationẽ anime intellectiue non
ſequitur quin corpus hominis poſſit mo-
uere ſe:⁊ oïa facere preter ea que ſpectant
ad naturã aïe ĩtellectiue:⁊ ita poſſet come
dere:⁊ oïa facere in quibus cõmunicamus
cũ brutis:quod eſt falſum. Itẽ ſi de ni-
hilo deus crearet aïas filiorũ:ſequitur ꝙ Undecimo.
aïe eoꝝ nõ haberent pctm̃ in primo inſtan
ti ſui eſſe:vel deus eſt auctor peccati:quoꝝ
vtrũq̨ eſt falſum. ꝯña probatur per modũ
arguendi mgr̃i li. ij. diſ. iij. c. alijs aũt videẜ
Ubi probat ꝙ angeli nõ fuerunt creati ma
li. q᷑ aliter deus fuiſſet auctor illius mali-
tie. Dicit enĩ magiſter. Non potuit creator
optimus auctor mali eſſe. ⁊ ideo totũ bo-
nũ erat qḋ ex ipſo illis erat:⁊ totũ bonum
erat:qm̃ ex ipſo totũ erat. ergo ſlr erit de
aïa in creatiõe prima:ex quo totũ eſt a deo
ergo tota bona ẽ ⁊ nõ mala:ꝗ nõ hꝫ pctm̃.
ꝯña pꝫ vt de angelis. Itẽ ca. ij. Ipſa nihil Duodecimo.
agit in aïa:nihil ergo aufert ab aïa:anima
ipſa conſentiendo carni nec delectando ſi-
bi peccat:ergo nullo modo anima ꝯtrahit

peccatum.ꝯña patet:qꝛ ipſa anima nec in
ſe nec in aliquo alio vnq̄ȝ habuit iuſtitiam
ergo priuatio iuſtitie in ea nō eſt plus pec
catū ꝙ ſi foret creata ⁊ nō infuſa corpori.
Tredecimo. Itē ſi aliqs hō infunderet corpori aiam:
ex qua infuſione haberet aia peccatū:tūc
illo homine foret aia deterior:ſed cū nullo
ſapiente fiat hō deterior:ergo a multo for
tiori deo auctore nō fit hō deterior. Si tñ
īfunderet ſic aiam:ex qua infuſione ſeque
Decimo quarto retur ipſam habere culpā:ſequitur ꝙ deo
auctore fieret hō deterior. Ultimo ſic. Nō
eſt dubiū quin deus poſſet dare hoi poten
tiā ⁊ ꝟtutē talē q̄ hō poſſet producere ſibi
ſimile. ſicut eſt de alijs aialibꝰ: nec alicubi
in ſacra ſcriptura iueni qñ ſic fecit. pꝫ hoc
qꝛ aliter btūs Aug nō dixiſſet ꝙ nūq̄ȝ po
tuit aliqd liquide diffinire de hac materia
⁊ per ꝯñs incertū eſt in ſcriptura quō idu
citur aia. ergo cū nō ſit alia ratio quare ho
mo non pōt generare ſibi ſimile ſicut aia
lia alia:nec opꝫ ponere datorē formarū: ſe
quitur vt videtur ꝙ aie ducātur ex tradu
ce. Iſte ſunt rationes ⁊ motiua q̄ opinans
R Cōtra opinionem. inducit ꝓ ꝑpoſitione ſua. Sed apparet
mihi ꝙ hec poſitio ſit dānata ī ſua forma
vl' ſaltē ꝙ iuxta ſnīam ⁊ intellectū doctoꝝ
ſit eadē cū illa q̄ dānata eſt. dicit eñ ꝙ aia
ſit ex traductione:ſed improprie:qꝛ nō de
ciditur cū ſemine ⁊ in ſemine:nec fit ex p̄e
iacenti materia. ⁊ iſto mō vt dicit negatur
fieri ex traductione. xxxij. q. ij. qō ꝟo. in gl.
Ubi dicit̄ ſic. Quidā heretici dicunt aiam
creari ex traductione:ideſt ex p̄iacenti ma
teria ⁊ ex aia generantis : ⁊ naſci cū corpꝰ
naſcitur. poſitio iſta nō diſcrepat ab illa po
ſitione quā gloſſa hereticā vocat:niſi in h
ꝙ hec nō dicit fieri aiam ex materia : neqȝ
naſci cū corpore. Sed iſta diuerſitas nō eſt
in ſnīa:ſed in ꝟbis tātū. Tum qꝛ doctores
idem intendunt per vnū ⁊ per aliū. dicunt
enim doctores ꝙ iſta poſitio eſt heretica ⁊
dānata:q̄ ponit aiam fieri ex aia ſicut cor
pus ex corpore:ſicut expreſſe dicit mgr̄ ſen.
li. ij. di. xxxj. c. j. dicens ſic. Putauerunt qui
dā ſm aiam trahi originale pctm̄: nō ſolū
ſm carnē:qꝛ nō ſolum carnē:ſed ⁊ aiam ex
traduce eſſe arbitrati ſunt:ſicut eñ in gene
ratione prolis de carne paterna ſubſtātia
liter trahitur caro:ita etiā de gignētis aia
aiam geniti eſſentialiter deduci ab his exi
ſtimabatur. ⁊ ſeqtur:hoc aūt fides catholi
ca reſpuit:⁊ tāq̄ veritati aduerſum dānat

q̄ nō aias ſed carnē ſolā ex traduce eſſe ad
mittit. Expſſe itaqȝ dicit mgr̄ nō ſolū il
lā opinionem que ponit animam fieri ex
carne ⁊ decidi cū carne/eſſe hereticā:ſꝫ etiā
illā que ponit aiam fieri ex aia. hoc aūt di
cit hec opinio expſſe. Itē in dialogo illo q̄
dicitur Hiero. ⁊ Augu. ⁊ ponit̄ iter epl'as
Hiero. reprobatur hec opinio ſub ſua for
ma:q̄ ponit aiam eſſe ex aia vt corpꝰ de cor
pore. Et ꝙ nō aliud intellexerunt illi quoꝝ
opinio dānata eſt:q̄ hec poſitio dicit. ma
nifeſte patꝫ ex hoc qō ibidē dr̄. dr̄ enim ſic.
Aiam ex traduce fieri eſt aiam cū aia naſci
vt corpus ex corpore. Ubi expreſſe pꝫ ꝙ h
poſitio in ſua forma dānata eſt q̄ ponit ani
mā naſci ex aia ſicut corpꝰ ex corpore. hoc
aūt nō ponit iſta poſitio : ſꝫ tātū aiam na
ſci ex aia. Si dicatur ꝙ nō:imo illa ſola dā Euaſio
nata eſt que ponit aiam naſci ex aia : ſicut
corpus ex corpore naſcitur. Hoc autē non
ponit iſta poſitio. Iſtud nihil eſt:qꝛ ex h Repre
dānata eſt ꝙ ponit aiam eſſe ex aia ⁊ non henſio.
creari ex nihilo:pꝫ hoc:qꝛ eſt cōtra fidem.
vt pꝫ in eadē gloſſa quā pro ſe allega. xxxij
q. ij. qō ꝟo. vbi dr̄ ſic:ꝙ fides nr̄a eſt ꝙ quo
tidie deꝰ nouas creat aias:⁊ creando īfun
dit. Ex quo apparet ꝙ opinio iſta eſt con
tra fidem noſtrā. Itē ꝙ quotidie ſic de ni
hilo creātur:⁊ ꝑ ꝯñs vna nō fit ex alia:ha
betur expreſſe ſup illud Pſal. xxxij. q̄ finxit
ſigillatim corda eorū. Ubi gloſſa interli. ex
ponit illā literā:⁊ tandē exponēs ad literā
dicit ſic gloſ. finxit corda:ideſt creauit aias
ſigillatim. i. ſingulas per ſe ex nihilo:nō ex
Adā:vt quidā dicūt putātes aiam ex aia
eſſe:⁊ eſt in gloſ. Hiero. ſup pſalteriū. Ex q̄
apparet ꝙ hec opinio in ſua forma falſa ē
⁊ eius ꝯria vera. Itē ſm iſtā poſitionē aia
filij q̄ fit ex aia parentis:haberet pctm̄ in
ſe:ex h ꝙ fieret ex anima parētis:abſqȝ hoc
ꝙ tale peccatum cōtra haberet ex carne ſic
ut pꝫ:qꝛ ideo ponitur quod fit ex aia : ſcꝫ
propter peccatum originale:vt allegat ma
giſter in argumento ſcōo prius facto:ſꝫ cō
ſequēs eſt falſum. qꝛ peccati cauſa ex carne
eſt nō ex aia ſm Amb. de ꝟbis apl'i. ⁊ poni
tur in gloſ. ad Roma. vij. ſup iſtā literā. cō
delector legi dei ſm iteriorē hoiem. vbi di
cit ſic. Non habitat peccatum in aia ſed in
carne:quia peccati cauſa ex carne eſt nō ex
aia. qꝛ caro eſt ex origine carnis peccati:et
per traducē oīs caro fit cauſa peccati : aia
vero non traducit̄. ⁊ ideo in ſe cām pecca

ti nō haberet. Ad idē eſt auctoritas Aug.
expreſſe in quadā homil. de verbis apli ⁊
ponitur i gloſ. ad Rom. vij. ſup illud. Scio
ꝙ nō habitat in carne mea bonū. vitium
cōcupiſcētie eſt qd̄ aīa non ex ſe ſʒ ex carne
contrahit. et vtraqꝫ auctoritas ponitur a
mgro lib. ij. diſ. xxxj. c. iiij. Similiter ex hac
poſitiōe ſequiť iſta: quā ipſe ꝯcedit eſſe dā
natā ex teſtimonio gloſ. xxxij. q. ij. qd̄ vero.
videlicet ꝙ aīa fiat ex preiacenti materia:
qꝛ arguo ſic. qꝛ ſi aīa filij fiat ex aīa paren-
tis: aut de aliquo: aut de nihilo. nō de ni-
hilo: qꝛ tunc crearetꝰ: ⁊ nō ꝯtraheret culpā
ſm hanc poſitionē. Si fiat de aliquo: ergo
fit de ſubſtātia aīe parētis: aut de ſubſtan
tia carnis. Nō de ſuba aīe parētis: qꝛ tunc
aliqua ps aīe decideretꝰ: que fieret aīa filij
ſicut caro decidiť a parēte: q̄ fit corpꝰ filij:
qd̄ eſt falſum: qꝛ aīa eſt ſubſtātia indiuiſi-
bilis: ⁊ nō hʒ aliquā partē: vt notū eſt. Si
fiat de ſubſtātia carnis: cū hoc dicat poſi-
tio quā iſte magiſter cū gloſſa allegata cō-
cedit eē dānatā: ſeq̄retur ꝙ hec poſitio dā
nata eſt: ⁊ eſt eadē cū illa quā gloſſa allega
ta dicat eē hereticā: ſequeretꝰ etiā ꝙ aīa ſic
fit de origine carnis: ⁊ ꝑ ꝯñs forma educi
bilis de potētia materie. cōſequentia patʒ
ꝑ Aug. in li. ſuo ad Renatum de origīe aīe
Ubi verſus finē eiuſdē libri dicit ſic. De q̄
quiſqꝫ originē nature ſue ducit: de illo na-
ture ſue genus ducere negari ſobrie nul-
lo pacto poteſt. ergo ſi aīa fiat ab aīa pr̄is
vel matris de ſubſtantia carnis: ſeq̄retur
Cōtra opinionem iterum arguiť ꝙ ipſa eſſet de genere carnis. Ad illud
arguitur ſicut prius. aīa fit ex aīa matris
vt dicit hec poſitio: aut ergo fit de aliquo
tāqꝫ ex materia aut nō: ſic tñ ꝙ vel de nihi
lo vel de ipſa anima matris tāq̄ de mate-
ria. Non pōt dici ꝙ fit de materia matris
tāq̄ de materia: qꝛ ſm eū agens ⁊ materia
nō coincidunt: nec fit de carne: vt ipſe etiā
dicit in poſitione. Ex quo ſequitur neceſſa-
rio ꝙ fit de nihilo: qd̄ eſt ꝓpoſitum. Iſte
modꝰ arguēdi habetur ab Aug. ad Rena-
tū cōtra Uincē. victorē: qui ponit aīam a
deo factā eſſe: ⁊ tñ ꝙ nō eſt ps dei: nec na-
tura eiꝰ: nec etiā ex nihilo eſt: nec dedit ali-
quid aliō a deo ex quo fit tāq̄ ex materia.
Cōtra quē arguit Aug. ſic. ſi dicis eā ex ni
hilo nō fieri: nec aliquā aliā creaturā vnde
facta ſit cōmemoras: ergo a deo facta eſt:
⁊ nō niſi ex ſeipſo: ḡ ex deo tāq̄ ex materia
fit aīa: qd̄ tñ ipſe negas. Sic arguiť in pro

poſito. Aīa fit ex anima matris effectiue
ſm hanc poſitionē. aut ergo fit ab eo tāqꝫ
ex materia: aut ab aliquo alio. Sed ex alio
fieri negat hec poſitio: ḡ ex aīa matris fit
vt ex materia: ḡ ipſa eſt pars aīe matris.
Sic eñ arguit Aug. ibidē deducēdo ex opi
nione ꝙ aīa ſit ps dei. Ideo dico aliter Opi. ꝓpria doctoris.
tenēdo aliā viā: quā doctores dicūt eſſe ca
tholicā ⁊ fidei conſonā. videlʒ ꝙ aīa nullo
modo ſit ex traduce: ſed ꝙ q̄libet de nouo
⁊ de nihilo creata eſt: ⁊ infundendo creata
⁊ creādo infuſa. ⁊ tunc reſpondeo ad euidē
tias inductas ꝓ opinione. Ad primū cū Ad primū argu. opinionis ꝓcedē.
dr̄ ꝙ deus requieuit a ꝯdēdis nouis crea-
turis: qꝛ poſt illos ſex dies nullā deinceps
cōdidit creaturā. Ad illud dico ꝙ vt ibi dictū
eſt: ꝙ hʒ itelligi ſic vt poſt illos ſex dies nul
lū genus creature de nouo creauit ex nihi-
lo. Ita etiā reſpondetur ad inſtantiā ibidē
factā cōtra reſponſionē cōem: que eſt ꝙ de
us poſt illos ſex dies multa genera anima
liū cōdidit: qꝛ tunc nō erāt niſi in rōnibus
ſeminalibus. vt ptʒ lib. ij. diſt. iij. ⁊ xv. hoc
cōcedo ꝙ illa genera poſt ſex dies nō crea
uit ex nihilo: ſed potius ex materia quā pri
us creauerat ex nihilo ꝓduxit. Ad aliā au-
ctoritatē Exodi. j. vbi dicitur ꝙ oēs aīe q̄
egreſſe ſunt de femore Iacob: ſunt. lxx. illud
nō videtur facere ꝓ eo: cū ibi ſumatur aīa
pro toto cōpoſito ex corpore ⁊ anima. Iſte
enim eſt modus loquēdi ſcripture. ſicut di
cit Aug. lib. vij. de trinita. c. iiij. Ubi dicit
ſic ꝯſcdm modū ſcripture noſtre tres aīas
dicimus: cū a parte meliori totū appellari
placet. ideſt ab aīa ⁊ corpus ⁊ animā: qd̄ ē
totus homo. ⁊ ſequitur ibidē. Ita quippe
dictū eſt in Egyptū deſcendiſſe cum Iacob
aīas. lxx. ꝓ tot hoībꝰ. Ex quo apparet ꝙ ex
illa auctoritate non ſequitur ꝙ aīa fiat ex
aīa. Sed iuxta literā magis videtur ſequi
ꝙ aīa fieret ex carne: ſm tñ rei veritatem
neutrum ſequitur. Ad ſecundū de beato Ad ſecundū
Aug. ſup Geñ. ad literā. dico ꝙ Aug. ibi re
citat duas opiniones: ⁊ querit nunq̄d alia
eſt alia probabilior ex teſtimonio ſcripture
et tandem dicit. ca. xxix. ꝙ oīa de ſcriptura
poſſunt ſufficienter euacuari quantum ad
vtramqꝫ opinionem. Hoc tamē falſo ꝙ ar
gumentū de baptiſmo paruulorū videtur
euidētius facere pro iſta opinione q̄ ponit
animā fieri ex traduce q̄ pro alia: nec ideo
tñ dicit opinionem illam eſſe verā: ſed pen
ſatis omnibus que inueniunť in ſcriptura

ſacra:oīa equalia vel eq̄liter ſuſtineri poſ‐ſunt ab vtraqꝫ opinione. Non tñ occurrit: dicat Aug. aliqd de ſcriptura ſacra: qđ tā videᷓ accōmodatū opinioni de creatiōe aīarū: ſicut illud de baptiſmo paruuloꝝ videᷓ apparenter facere ꝓ opinione alia. Nec tñ ideo intēdit dicere ꝙ ad illud neſciat reſpōdere: ſed tātū ꝙ nihil in ſcriptura ſacra tā apparens eſt pro opinione de creatiōe: ſicut eſt illud pro alia opinione. Et ꝙ hec ſit eius intentio apparet in eodem lib. c. xvi. Ubi cōſimilem ſententiam ponēs dicit ſic. Hic qđ ꝓ ſua cā r̄ndere poſſint qui ſm ſcripturas ſanctas vel quod apud eas īuenia‐tur: vel qđ in eas nō aduerſeᷓ: conātur aſ‐ſerere: aīas nouas nō de parētib⁹ tractas corporibus dari: nōdū me audiſſe vel q̄ppiam legiſſe confiteor. Ex quo apparet ꝙ intentio ſua ſit dicere ipm̄ nihil inueniſſe vel legiſſe in ſcripturis ſanctis qđ alteri opinioni ſit tā cōſonū: ſicut illud de baptiſmo paruuloꝝ eſt cōſonū opinioni de traduce aīaꝝ. cū hoc tñ ſtat ꝙ ſatis ꝓbabiliter poſſit ad illud r̄ndere ſm aliā opinionē. immo credo firmiter ꝙ Augu. alibi fuit alterius opinionis: videlꝫ q̄ ponit creationē aīarū. Non enim credo eū finaliter heſitaſſe de illo: cū illud videatur ſequi ex dictis ſuis. qꝛ enim aīa nō eſt corpus: ſicut liquet ex his q̄ ip̄e tractat in diuerſis locis: ꝛ ſpecialiter de origine aīe cōtra Uincē. victorem lib. ij. vbi ſpecialiter verſeᷓ circa cōcluſionē illā: ꝛ ꝓbat ꝙ nec eſt corpus nec forma educibilis de materia. illud ſeq̄tur ex dictis ſuis de quātitate aīe ꝛ de eius immortalitate ꝛ quaſi vbiqꝫ. Nec etiā credo ip̄m opinatum fuiſſe aīam ꝓlis decidi ab aīa parentis: ſic ut caro ꝓlis decidiᷓ a carne parentis: cum aīa ſit ſubſtātia ſimplex indiuiſibilis ſcđm partes. Nec iterū credo eū voluiſſe ꝙ aīa filij foret ex aīa parentis de nihilo tñ tāq̄ de materia: qꝛ tūc fuiſſet creata: vt ipſemet arguit: ſicut dictū eſt prius in argumēto ſe‐ptimo ꝫ poſitionē. Ex quo videᷓ ſeq̄ neceſ‐ſario ꝙ ipſa creata eſt de nihilo a deo ſolo. Silr̄ ꝙ hoc idē aliquando intellexit/ videtur ex hoc ꝙ ipſe opinatur de traductione peccati originalis a parentibus in prolem. Uideᷓ eñ vbiqꝫ dicere ꝙ aīa paruuli non trahit peccatū originale niſi ex carne. Si tñ aīa prolis fieret ex anima parētis ſicut caro ex carne: tunc multo magis veriſimile foret ꝙ ipſa aīa filij traheret peccatū im‐mediate ab aīa parētis: q̄ ab ip̄a carne de‐ciſa: preſertim cū opineᷓ ipſe ꝙ corp⁹ nihil oīno agit in ſpiritū: vt aſs allegaui de multis libris ſuis. Nūc aūt non eſt dubiū quin ipſe velit peccatū originale ſolū traduci ꝑ carnē: ſicut ꝛ ceteri doctores autentici: hoc eñ apparet cōtra Julianū de nuptijs ꝛ cōcu. ꝛ de baptiſmo paruuloꝝ: ꝛ ſuperi⁹ allegaui dictū ſuū argu. vſ. Nec credo ꝙ aliq̄s q̄ viderit libros eius in quibus de hac materia tractat: negabit q̄n ip̄e velit vtriqꝫ macula originalē ſolū ꝑ carnē traduci: qđ tñ nō eſſet verū: nec oporteret: ſi aīa fieret ex aīa ad intellectū datū. Ideo credo Aug. ſ aliqñ ſenſiſſe: licet illud expreſſe nō iuenia‐tur in ſcriptis eius. Silr̄ illa opinio q̄ dicit oēs aīas ex vna fieri: nō placet Augu. nec oporter ita dici ad ſaluādū ꝙ oēs hoīes in pctō naſcunᷓ: imo alia opinio q̄ dicit omnē aīam creari de nouo: ſi eidē articulo nō repugnaret: optime ſibi placeret. ergo cū ſm rei veritatē illud dictū eidē articulo nō repugnet: videtur ſm ipſum ꝙ ipſa ſit ꝓeli‐genda. antecedens apparet in epl̄a Augu. ad Hiero. de origine aīe. vbi dicit ſic. Hoc certe ſentio: ꝙ ſingulas aīas ſingulis naſcentibus etiā deus modo faciat. ꝛ ſeq̄tur. Ecce volo vt illa ſententia etiā mea ſit: ſed nondū eſſe confirmo. ꝛ tunc bene poſt ſeq̄‐tur verſus finē epiſtole. Dānari aīas ſi de corpore exirent ſine baptiſmo: ſctā ſcriptura et ſancta eſt teſtis eccleſia. Unde illa de aīarū nouarū creatione ſententia ſi hāc fidē fundatiſſimā nō oppugnat: ſit ꝛ mea. ſi oppugnat: nō ſit etiā tua. Et poſt modicū ante finē ſequitur. Illā vero opinionē ꝙ ex vna fiant oēs anime: nō diſcutere volo niſi neceſſe ſit. atqꝫ vtinā iſta de qua nunc agimus: ſi vera eſt: abs te defendaᷓ: vt hoc neceſſe iā non ſit. Ex iſtis iā oībus apparet ꝙ opinio illa de creatione aīarū optime ſibi placet: dūmodo hoc nō repugnet traductioni peccati originalis: nec alia ſibi placeret: niſi oporteat eā opponere ad hoc ſuſti‐nēdū: ſed ſatis planū eſt apud doctores antēticos ꝛ modernos ꝙ creatio aīarū de nouo nō repugnat traductioni pcti origīalis vnde hoc etiā videtur ſequi: ſaltē bene poſſe ſaluari: ponēdo vt Aug. ponit: ſcꝫ ꝙ illđ pctm̄ traducaᷓ per carnē. ergo ipſa eſt preferenda etiā ſm Aug. ſententiā. Per hoc pꝫ reſpōſio ad tertiū. ꝛ ideo credo magis Ad tertium.
hoc fuiſſe de intētiōe Aug. licet expreſſe nō

aſſeruit. dixit tñ ſe nõ inueniſſe ad hoc au-
ctoritatem ſacre ſcripture expſſam. ⁊ nihil
aliud intẽdit ipſe .x. ſup Gen. vt dictum eſt

Ad q̃r tum. Ad quartũ cũ dr ꝙ Caſſiodorus videt̃ fu
iſſe iſtius opinionis libro ſuo de aïa. ca. ix.
Ubi oſtendit ꝙ oẽs aïe pter aïam chriſti ⁊
primoꝝ parentũ fiunt ex traductione ⁊c.
Salua reuerentia mgr̃i: Caſſiodorus vide
tur eſſe directe cõtrarie opinionis. Ibi eñ
recitat vnã opinionẽ q̃ ponit aïas creatas
corpib⁹ dari: aliã q̃ ponit aïam generari ex
aïa. ⁊ dicit ꝙ ſcḋe opiniõis motiuũ fuit ori
ginale pctĩ: qꝛ ſcꝫ nõ videt̃ quõ infans q̃
peccãdi non habet voluntatẽ: reus debeat
inueniri: niſi aliqua ratione ex ipſa origine
aïarũ culpa videatur eſſe tranſfuſa. ⁊ mo-
dicũ poſt reſpõdere videt̃: vbi dicit ſic. Hoc
aũt veraciter fixeq; credendũ eſt: ⁊ deum
aïas creare occulta quadã rõne: ⁊ iuſtiſſi-
me illis imputari ꝙ primi hoïs peccato te
neãtur obnoxie. Melius eſt eñ ĩ occultis
cõfiteri ignorantiã: q̃ periculoſam aſſume
re audaciã. Cũ dicat apoſtol⁹. Quis cogno
uit ſenſum dñi: aut quis cõſiliarius ei⁹ fu
it. Ubi expſſe fatet̃ credendũ eſſe deũ aïas
creare: licet ignoratur quõ ſic create cõtra
hunt pctm̃ originale. vnde nec hoc qḋ ma-
giſter allegat ꝓ ſe: facit aliquid cõtra iſtũ
ſenſum. dicit eñ ſic Caſſiodorus. In hunc
locũ tenor diſputationis nos perduxit: vt
aïas reas ꝑ traducẽ peccati diceremꝰ. Qui
ſi dixiſſet aïas reas ꝓduci per traducẽ aïa
rũ: tunc colorem habuiſſet auctoritas ſm
opinionẽ magiſtri. ſed qꝛ dicit per traducẽ
pctĩ: nõ videt̃ eſſe aliquo mõ opinionis ꝙ
pctm̃ traduci põt: ⁊ ſi aïa nõ traducat̃: vt
dicit alia opinio: ⁊ Caſſioḋ. ibidẽ innuit: vt
allegatũ eſt. ⁊ nõ eſt intentio Caſſiodo. vbi
allegatũ eſt magis ꝓ opinione cõtraria q̃
pro ſua poſitione. Ad auctoritates Aug.
patꝫ reſponſio ſupra. Ad aliud cũ arguit̃

Ad .v. tum. homo eſt animal maxime perfectũ: ergo ſi
bi cõpetit maxima perfectio animalis: con
cedo ꝙ hoï cõpetit maxima pfectio aïalis
qꝛ nulla pfectio creata cõpetit alicui aïali
ſicut homini cõpetit: ⁊ cõcedo ꝙ homo po
teſt generare ſibi ſimile: nõ tñ ſic ꝙ poſſit
ĩducere formã vltimã: qꝛ forma vltima ho
minis nõ eſt educibilis ab aliqua materia
ꝑ aliquã potẽtiã creatã. Sed ideo dicitur
poſſe generare ſibi ſimile: qꝛ põt diſponere
materiã tali diſpoſitione q̃ nõ põt cauſari
niſi a ſuo ſimili. nec põt ſilr̃ pfici niſi habi
ta forma humana. ⁊ hec ẽ maior pfectio q̃
aliqua perfectio alicuius aïalis alteri⁹ ſpe
ciei. nõ tñ põt pficere materiã tali pfectio
ne q̃ ſit perfectio ſufficiens ⁊ diſpoſitio cõ
ueniens forme ĩmateriali. Silr̃ ſicut dicit
dñs Alber. li. j. de origine aïe. c. vj. Ubi di
cit ſic: ꝙ licet diſpoſitiones prime aïe intel
lectiue ducãtur de potentia materie virtu
te formatiua: q̃ eſt gutta patris ⁊ matris:
hec tñ virtus formatiua non educeret eas
hoc mõ: put ſcꝫ potẽtia rõnalis ⁊ intelle-
ctualis forme exiſtũt: niſi ſm qḋ ipſa forma
tiua nõ formãtur ab intellectu vniuerſalr̃
operãte in opatione generatiõis. Ex q̃ ſeq̃
tur ꝙ tales diſpoſitiões cauſari ĩ materia
ſit maioris pfectionis q̃ ſit pfectio alicui⁹
alteri⁹ vegetabilis. vñ non ſequitur ꝙ hõ
ſit ĩperfectior ceteris rebus q̃ pñt ĩducere
formã ſue ſpeciei vltimã: ſꝫ magis ſeq̃t op
poſitũ. Et tũc ad ꝯfirmationẽ qñ ſic dr. Si Ad confirma- tionẽ.
de⁹ ĩducit formã vltimã: ⁊ hõ diſponit ma
teriã: ergo veri⁹ diceret̃ ꝙ deus generaret
hoïem ꝙ hõ. Illud nõ ſeq̃tur: qꝛ generare
proprie eſt materiã decidere et infundere.
Silr̃ deus facit aïam de materia: ideo non
põt dici ꝙ generat hoïem. homo autẽ tan
tũ facit ad generationẽ quãtũ ꝑ trãſmuta
tionẽ materie põt fieri in generatione. ⁊ iõ
vere dicitur ꝙ homo generat: ⁊ nõ de⁹. Ad
aliud cũ dr: in omni generatione vniuoca Ad ſextum.
generãs dat ſpẽm ſuo generato: nego. con
cedo tñ ꝙ generatio hoïs eſt vniuoca. ⁊ ꝙ
agens ſcꝫ ipm generans cõicat ſpẽm cũ ge
nerato. ⁊ ex hoc nõ ſeq̃tur ꝙ aïa habet fie
ri a parentibus. Et quare generãs nõ dat
ſpẽm gñato in ſpecie hoïs: cauſa eſt: qꝛ vl-
tima forma hoïs nõ eſt educibilis de potẽ
tia materie: ſicut eſt in oïbus alijs genera-
tionibus. ideo argumentum nõ procedit.

Ad ſeptimũ cũ dicitur: nullũ incõueni- Ad ſeptimũ
ens ſeq̃tur ponẽdo aïam generari ex aïa: il
lud nego. qꝛ etiã ex hoc ſeq̃retur ꝙ ipſa to
ta anima parentis trãſfunderetur in ani-
mã prolis: quod eſt incõueniens: vel ꝙ aïa
foret educibilis de potẽtia materie: qḋ eſt
etiã ĩcõueniẽs: vl̃ ꝙ aliq̃ ps parẽtꝭ trãſiret
in aïam ꝓlis: ⁊ ita aïa parentis foret diui
ſibilis: ⁊ haberet ptẽ extra partem: quod
etiã eſt inconueniens. Silr̃ ꝙ ipſe dicit ꝙ
nulla expreſſa auctoritas obuiat. Illud ne
go. Quia ſi nulla auctoritas in canone bi-
blie expſſe obuiat: alij tñ doctores vt alle- Ad octauũ.
gaui ſatis expſſe obuiãt. Ad aliud ſic cũ dr

Si aĩe ex nihilo crearenť: tũc fili⁹ ſolũ tra
hit carnẽ a parẽtib⁹. cõcedo. ⁊ cũ dr̃ q̄ cũ
pctm̃ originale nõ ſit in carne: ſequeretur
q̄ filius nõ trahit pctm̃ originale a paren
tibus. nego ꝯñam quia licet pctm̃ nõ ſit in
carne: per carnẽ tñ traducitur peccatũ ori
ginale. ⁊ cũ ꝓbatur q̄ nõ: qr ponať q̄ de⁹
creet materiã oĩno ſimilẽ carni q̃ ẽ in mu-
liere: ⁊ ĩfundat vtriq̄ aĩam: admitto: ⁊ di-
co q̄ tunc vna cõtrahit pctm̃: et alia non
illa ſcʒ que eſt deciſa per naturalẽ ꝓpaga
tionẽ/habet in ſe cãm macule aĩe ſibi ĩfu-
ſe. ⁊ alia materia nõ habet talẽ maculam:
habet tamẽ vna materia oẽm qualitatem
quã hʒ alia vel ei cõſimilẽ: ⁊ tũc qualitas
carnis deciſe per naturalẽ propagationem
maculat aĩam ſibi coniunctã. ⁊ conſimilis
qualitas ſm̃ ſpeciem in materia de nouo
creata nõ maculat animã ſibi cõiunctam.
Unde in iſto pũcto eſt tota difficultas de
pctõ originali: vel ſaltẽ maxima ps eius.
Unde dico circa iſtã materiã q̄ q̃litas iſta
carnis que ſm̃ mgr̃m eſt cauſa pcti origi-
nalis ⁊ macule in anima: nõ habet ex ſe q̄
ſit fetida: vel q̄ aĩam maculet: ſed ſolũ qr
vitioſe nõ naturaliter cauſať in ipſa ma-
teria: ideo dr̃ eſſe fetida: nec foret cauſa ma
cule in aĩa: ĩmo nec aliq̃d in aĩa diceref eſſe
vitioſum vel habitus vitioſus rõne illius
qualitatis. ⁊ ideo ſi illa qualitas cauſareť
a deo: manifeſtũ eſt q̄ nõ vitioſe cauſareť:
⁊ per cõſequens nec aĩam macularet: nec
in ſe macula carnis foret. ⁊ iõ aĩa que tali
carni cõiungereť: nullã maculã traheret.
nũc aut conſimilis q̃litas ſecundũ ſpeciem
eſt in carne deciſa per cõem ꝓpagationem
ſed qr ea vitioſe cauſať ſcʒ libidinoſe cũ nõ
poſſit exerceri cõcubitus viri ⁊ mulieris ſi
ne libidine: ⁊ iõ q̃litas illa carnis licet non
ſit vitiũ: vitioſe tñ cauſatur. ⁊ ideo quali-
tas illa aĩam ſibi cõiunctã maculat. Iſtud
expreſſe videť eſſe de intentione Aug. vbi-
cũq̄ loq̃tur de tali cõcubitu: ⁊ precipue de
fide ad Petrũ parte prima ãte mediũ: vbi
ſic inquit. Dũ ſibi inuicẽ vir et mulier com
miſcẽť vt filios generent: ſine libidine non
eſt parentũ cõcubitus: ⁊ ob hoc filiorũ ex
eoꝝ carne naſcentiũ nõ poteſt ſine peccato
eſſe cõceptus: vbi pctm̃ in paruulos nõ trãſ-
mittit ꝓpagatio: ſʒ libido. Nec fecunditas
humane nature facit homines cũ pctõ na
ſci: ſed feditas libidinis. hec eſt ſnĩa magi-
ſtri, li. ij, ſentẽtia. Ideo dicit q̄ ſi talis ma-

teria cauſareť immediate a deo cum tali
qualitate: tũc aĩa filij cõiũcta nõ traheret
culpã nec maculã: etiam ſi de⁹ acciperet ali
quã materiã talem cũ tali qualitate ab ali
quo alio hoĩe vel muliere: ita q̄ diuidereť
ab ipſo hoĩe p̲ potentiã diuinã vel opera-
tionẽ angelicã ſine libidine ⁊ vitio: nullo
modo traheret aĩa maculã ex cõiunctione
cũ tali carne. ⁊ ideo non eſt ſimile de carne
deciſa per cõem ꝓpagationem: ⁊ de carne
creata a deo in omni qualitate ſimili alte-
ri materie. ⁊ ideo argumentũ non ꝓcedit.
Ad aliud argu. cum dr̃: ponať q̄ cũ mate Ad no nũ ⁊ ad decimũ
ria fuerit in vtero diſpoſita ad ſuſceptionẽ
anime: q̄ tunc de⁹ nõ infundat animã ⁊c.
admitto. ⁊ vltra cum dr̃ q̄ viueret ⁊ creſce
ret vt priꝰ etiam poſt expulſionẽ a mr̃e: ⁊
fieret animal irrationale ⁊c. Iſtud non eſt
ꝯtra poſitionẽ nec ad ꝓpoſitũ. Dico tamẽ
q̄ nõ viueret nec creſceret: qr nullã habe-
ret aĩam. q̄ aũt pri⁹ vixit: hoc fuit ab aĩa
ſiue virtute ⁊ potẽtia vegetatiua matris.
immo data cõcluſiõe quã argumẽtũ indu
cit: nihil facit ad poſitionem. ⁊ ideo trãſeo
illud ⁊ argumentũ imediate ſequẽs. ſ. x. qr
idem intendũt. Ad aliã cũ dicit. ſi deus ¶ Ad vn decimum.
quãlibet aĩam creat de nouo: tũc ſeq̃ref q̄
aĩe coꝝ habẽt pctm̃ originale in primo in-
ſtãti ſui eẽ. vel q̄ de⁹ eſt auctor pcti. Nego
ꝯñam: ⁊ cũ arguiť ꝯtra p̲ modũ magiſtri
arguẽdi de ãgelis: q̄ ſcʒ aĩa ĩ ſui prĩa crea
tiõe tota eſt a deo. ergo tota eſt bona ⁊ nõ
mala. Dicitur cõiter a doctoribus q̄ omne
illud qđ a deo eſt: bonũ eſt: ſʒ aĩa in primo
inſtãti ſui eſſe trahit a carne habitũ malũ
qui eſt pctm̃. ⁊ non a deo ⁊c. Sed iſtud di-
ctũ verũ eſt ſi bene intelligať. Si eñi intel
ligať ſic: q̄ in inſtãti infuſionis ipſa caro
aliq̃d agat in ipſam aĩam: ꝓducẽdo ĩ eam
aliquã formã: q̃ ĩ ea nõ foret niſi cauſareť
a carne: tũc nõ videť mihi illud eſſe verũ
qr ſicut alrs dictũ ẽ: ⁊ argumẽtũ tãgit: cor
pus nihil oĩno agit in ſpm̃. Si aũt ſic ĩtel-
ligať: q̄ aliq̃d creatum in aĩa a deo ex ſola
ꝯiũctiõe cũ tali carne fiat vitiũ: illđ veꝝ ẽ
vt mihi appet. Unde imaginor iſto mõ q̄
aĩa quo ad ſui eſſentiã ⁊ q̃ ad eſſe poſitiuũ
ĩ ſe ẽ a deo creata. Sʒ cũ alio creato a deo
ex ꝯſortio carnis fit vitiũ ꝯcupiſcẽtie: qđ ẽ
originale pctm̃. ⁊ veriſile eſt mihi q̄ illud
nõ ſit aliđ q̄ appetit⁹ habitualis admini
ſtrãdi ſm̃ ea q̃ ipi carni cõueniũt. cũ enim
aĩe inſit naturalr̃ appetit⁹ corp⁹ admĩſtrã

di manifeſtū eſt ꝙ talis appetit⁹ eſt incli-
natio habitualis ad ea q̄ cōueniūt corpi. ta-
lis aūt appetit⁹ nō pōt eē alicuius vitioſi:
qn ſit vitioſus: nec etiā pōt eſſe qn appeti
tus ipſi⁹ aīe habitualis ſit pctm̄. Sic ḡ dr
pctm̄ eſſe vl' fieri ex carne: nō qꝛ caro aliqd
ꝑducat in aīa: vl' ī ea aliqd agat: ſed qꝛ ali
qd exiſtēs in aīa ex cōiūctione cū carne ta
li vitioſe ꝓpagata vitioſum dr: qꝛ ad vitiū
inclinās. ⁊ ſic habit⁹ ille ex ſe nō eſt vitium
ſicut nec qualitas carnis dr eſſe feditas et
macula aīe. qꝛ nō pōt eſſe vitioſe creata ⁊
ꝓpagata: ita appetit⁹ aīe reſpectu talis fe
ditatis dr eſſe feditas ⁊ macula aīe: qꝛ non
pōt eſſe appetitus feditatis vel maculę: qn
ſit macula. Et ideo ad formā argumēti cū

Ad formā argumenti.

dr. Aīa in ſui pma creatione tota ē a deo
cōcedo: ⁊ cū arguit. ergo tota bona ē a deo
Dico ſi loquamur de bonitate nature: totū
eſt verū. Si aūt de bonitate morali: ſic dico
ꝙ nō eſt tota bona a deo: qꝛ nō ē bona mo
raliter a deo: ſed ē mala moraliter: ⁊ hoc a
carne. Nec eſt ſimile argumentū de aīa cō-
iuncta tali carni: ⁊ de angelo in prima ſui
creatiōe: vel etiā de aīa pmi hoīs ⁊ mulie-
ris in ſui prima creatiōe: qꝛ āgel⁹ in ſui pri
ma creatiōe fuit talis pꝰſe q̄lis a deo crea
tus. ⁊ ſilr aīa primi hoīs ⁊ pme mulieris.
aīe aūt alioꝝ nō ſunt tales pꝰſe q̄les eſſe-
ete ſunt a deo pma creatiōe. ſicut dicit ma
giſter li. ij. diſt. xxxij. c. viij. ⁊ cā dicta eſt: qꝛ
ſicut aliq̄lis fit ipa aīa ex ꝯtactu carnis: q̄
caro nō eī no talis eſt qualis a deo in pnci-
pio ſui eſſe effecta eſt: ita aīa ab ipſa carne
aliq̄lis effecta eſt qualis non fuit a deo: qꝛ
mō moraliter eſt rea peccati. Et ꝑ hoc pꝫ re

Ad duodecimum.

ſponſio ad aliud ſequens: cū dr. Caro ni-
hil agit in aīam: nec peccat cōdelectādo vl'
cōſentiendo carni: ergo nullo mō cōtrahit
pctm̄: cōcedo ꝙ aīa non cōſentit carni: nec
eī cōdelectatur ſaltē in paruulis: ⁊ etiā ꝙ
caro nihil agit in aīam ꝓpe loquēdo. Sꝫ
nō ſeq̄tur qn aīa ex carne cōtrahit pctm̄.
ſicut dicit mgr li. ij. di. xxxj. c. iij. aīa ex con-
ſortio talis carnis maculatur. Et cū argui
tur ꝙ aīa nū͞ꝙ in ſe nec in aliquo alio ha-
buit iuſtitiā originalē. hoc cōcedo. ⁊ cū in-
fertur: ergo priuatio iuſtitie originalis in
ea nihil plus eſt peccatū q̄ ſi aīa foret crea
ta: ⁊ iuſtitia originalis nō infuſa ſibi. nego
ꝯñam: qꝛ tunc priuatio iuſtitie originalis
hr̄et cām iuſtā: qꝛ deū pꝰſe: nūc nō hꝫ illā
cauſam: ſed vitium libidinis. ⁊ ideo nō eſt

ſile. Ad aliud cū dr. Si vn⁹ hō infunde-
ret corpi aīam: ex qua infuſiōe haberet aīa

Ad tredecimū.

pctm̄: tūc illo hoīe foret aīa illa deterior:
ſed tū nullo ſapiente fit hō deterior: ⁊c. Di
co ꝙ ille ablatiuus caſus abſolutus pōt ex
poni ꝑ ſi: ꝑ qꝛ: ⁊ ꝑ dū. vt videlicet ipa pro-
poſitio ſit cōditionalis: cauſalis: ⁊ tēpora-
lis. Si ſit conditionalis vel cauſalis: nego
ꝓpōnē. Si tpalis: cōcedo eā. Et codē mō
dico ꝙ hoīe ſapiente auctore fit hō deteri
or. ſꝫ tūc nō foret ſapiēs hō auctor malitie
qō intelligit Aug. Nec in propoſito deus
eſt auctor malitie vt ſic. ſicut patꝫ ex dictis

Ad decimumquartū.

Ad vltimū cū dr: nō eſt dubiū qn de⁹ poſ
ſet dare hoī potentiā generandi ſibi ſile.
Dico ꝙ hō pōt generare ſibi ſile: nō tū po
teſt dare formā vltimā. nec video quō de⁹
hoc poſſet ſibi cōicare. Nō eñ video ꝙ ſit
poſſibile hoīem aliqd de nihilo facere. ⁊ iō
cū aīa intellectiua nō ſit ꝓducibilis de ali
qua materia: nō videtur mihi poſſibile ꝙ
de⁹ poſſet hoī dare potētiā gn̄andi formā
q̄ eſt aīa humana. ſi tū de⁹ daret potentiā
ꝓducēdi ineſſe talē formā: tūc dico ꝙ opor
teret ꝙ deus faceret talē formā educibilē
de potētia materie. ſed ꝙ hoc nō ſit veꝝ de
facto liquet ex multis auctoritatib⁹ ſupi⁹
allegatis ⁊ ideo etſi de⁹ poſſet hoī dare po
tētiā talē: ſatis liquet ꝙ nōdū fecit. Nunc
aūt videndū foret nū quid quilibet deſcen
dēs ab Adā ꝑ ꝓpagationē naturalē con-
trahit pctm̄ originale. Sed tamē ex cā dif
fero vſq₃ alias loqui de hoc: ⁊ vado ad ar
gumentum ſecundū contra queſtionem.

Ad ſecundū princi.

Secundo fuit argutū

ad principale. Si oē pctm̄ ſit iputabile ⁊c.
tunc pctm̄ veniale foret imputabile ad cul
pam. ⁊ ita peccatum remitteret in aliquo
charitatē: qꝛ foret alicuius malitie: ⁊ ꝑ cō-
ſequēs minus bon⁹ foret quis habito quo
cūq₃ veniali: q̄ eo amoto ceteris paribus ⁊c.
Ad illud pmo videndū eſt nūqd ſit aliqd
pctm̄ veniale. Scdo quō diſtinguit pecca-
tū veniale a pctō mortali. Quantum ad
primū dicūt quidā ꝙ ſumēdo peccatū pro
prie ꝓ culpa: nullū peccatū eſt nec eſſe pōt
niſi mortale. ita ꝙ diſtinguendo veniale cō
tra mortale: nullū eſt nec eſſe pōt peccatū
veniale: ⁊ hoc ſumēdo pctm̄ ꝓ culpa. Hec
opinio multas hꝫ euidētias. probatur er-
go primo ſic. Pro omni peccato de condi-
gno debet pena eterna ⁊ ſeparatio aīe a viſ

Opinio q̄rūdā.

Probatur opinio pri
ma.

ta eterna: ⁊ iſta ſeparatio aīe a vita ꝓ tpe
quo nata eſſet iā habere: eſt mors aīe. ⁊ ni
hil ſeparat aīam ab illa vita niſi pctm̄: qꝛ
ſi fiat iſtātia de pena purgatorij: illa nō ꝓ
prie ſepat aīam ab illa vita: ſꝫ pctm̄: rōne
cuiꝰ ipa aīa ibidē detineť: tūc arguitur ſic.
Oē pctm̄ ſeparat hoīem a vita ſua: ſed oē
Scđo. tale pctm̄ eſt mortale: ğ oē pctm̄ eſt morta
le: ergo nullū veniale. Scđo ſic. Oē pec
catū eſt finite malitie tātū intenſiue: ⁊ nul
lū finitū eſt alio finito in infinitū maius.
nec aliqđ pctm̄ quod nō eſt pctm̄ mortale/
pōt eq̄ri pctō mortali. In qcūqꝫ em̄ ꝓpor
tione finita eſt dare vnum mortale maius
alio: ⁊ ſic de veniali ſi foret. ğ nō poſſet eq̄
ri pctō mortali in malitia: ſꝫ hoc eſt īpoſſi
bile: ergo īpoſſibile eſt φ ſit aliqđ pctm̄ ve
Tertio niale: diſtinguēdo ipm̄ ꝯ mortale. Tertio
ſic. cū omne pctm̄ ſit malū malitia moris:
tūc habēs pctm̄ actuale quātūcūqꝫ modi
cū/eſt magis malꝰ ꝓpter illud: ⁊ ꝑ ꝯñs eſt
minus dignꝰ ⁊ minꝰ acceptus apud deū: q̄
nō eſt acceptator ꝑſonaꝝ: nec errare pōt in
acceptādo: ⁊ ſic ꝓpter qđcūqꝫ pctm̄ foret
hō minꝰ charus ⁊ minus acceptꝰ deo: ſed
oē pctm̄ ꝓpter qđ hō eſt deacceptus deo
cū fuit acceptꝰ ſibi ⁊ charꝰ: eſt mortale: cū
pctm̄ veniale nō ſit remiſſiuū vel corrupti
uum charitatis: ergo oē pctm̄ eſt mortale.
Et in h̄ loco loq̄tur hec opinio cōiter quō
dicimꝰ φ ille q̄ eſt in pctō/ē minꝰ deo acce
Quar- ptus q̄3 ille q̄ eſt in charitate. Quarto ſic
to. Oē malū eſt malū qꝛ ꝓhibitū. vel nō eſt ꝓ
hibitū qꝛ malū: ⁊ ſic oē malū eſt ꝓhibitū.
⁊ cū oē pctm̄ ſit malū: ğ omne pctm̄ eſt ꝓ
hibitū: ſed qlibet faciēs ꝯ diuinā ꝓhibitio
nē peccat mortaliter: niſi aliūde excuſetur
ergo oē pctm̄ ex ſe eſt mortale: ex quo īdif-
ferenter de oī pctō ꝓhibeť peccare: indif-
ferenter ⁊ gn̄alr de oī pctō debꝫ intelligi
preceptū. ⁊ ſic oē pctm̄ eſt ꝯ diuinū p̄ceptū
Sub ğ ⁊c. Uel ſic: ponať φ deꝰ p̄ciperet alicui
aliafor φ nullo pctō peccaret: tunc quocūqꝫ pctō
ma. peccaret: ipſe peccaret mortaliter: ⁊ talis
nō aliter obligareť q̄nos mō de facto ob-
Sub ligamur. ğ ⁊c. Uel detur preceptū de nolle
aliafor peccare: ſicut dictū eſt. vade: noli amplius
ma. peccare. Sed illud datū ſit in p̄cepto: tunc
qcūqꝫ volūtas peccādi eſt pctm̄ mortale.
ſed mō ſic obligamur īdifferēter ad oē pec
catū vitādū ꝑ p̄ceptū illud noli peccare. et
venerabilis Anſ. dicit expreſſe: φ deus p̄-
cepit nobis ne peccemꝰ. ergo qcūqꝫ homo
peccat: ipſe facit cōtra diuinū p̄ceptū: qđ
de ſe eſt peccare mortaliter. iuxta illud nu
meri. xv. Uerbū em̄ dn̄i cōtēpſit: ⁊ p̄ceptū
eius irritū fecit: idcirco delebitur ⁊ porta-
bit iniquitatē ſuā: ⁊ peribit de pplo ſuo ğ
p̄ceptū diuinū indifferēter obligat ſub pe
na pcti mortalis ğ ⁊c. Quinto ſic. Nullū Quīto
eſt pctm̄ niſi in volūtate: ꝓprie loquendo
⁊ maxime de actuali: ita φ nūq̄ eſt pctm̄
actuale niſi cōſentiēte volūtate ⁊ libere: ſꝫ
q̄ncūqꝫ voluntas libere cōſentit illecebre
vel illicite cogitationi: tūc pctm̄ eſt morta-
le: vt deducit mgr̄ li. ij. di. xxiiij. ergo omne
pctm̄ eſt mortale ⁊c. Sexto ſic. Illud eſt Sexto
vniuerſaliter ⁊ indifferenter verū de omni
pctō ſiue magno ſiue paruo: videlꝫ φ ipſo
manēte ꝓ tūc rōne illius pcti eſt habens
ipm̄ indignus vita eterna: que eſt vita aīe
⁊ manēte illo pctō dignus eſt ſeparatione
illius vite rōne illius pcti: ⁊ quocūqꝫ pctō
dato magno vel paruo cū ſua ſequela/eſt
hō indignus ⁊ nō acceptus ad vitā eternā
ergo paritas eſt ex parte oīs pcti quo ad
ſeparationē a vita: que ſeparatio eſt mors
aīe: licet aliter ſit ex parte pene ſenſus de-
bite iuxta grauitatē peccati: ergo indiffe-
renter debetur ꝓ omni pctō ſeparatio vite
ab aīa: licet magis tn̄ ꝓ vno puniať vt po
te ꝓ homicidio φ ꝓ altero. ⁊ ſic ꝓ oī pctō
ipſo manente debetur ſeparatio vite. ⁊ ſic
ſi ſemꝑ maneret pctm̄: ſemꝑ ſeparabitur a
vita. ğ ⁊c. Itē arguitur ſic. Nulla eſt diffe Septi
rentia formalis ⁊ eſſentialis q̄ peccatū ve mo.
niale diſtiguit a mortali: ergo ſpecifice nō
diſtinguitur. ptꝫ aſſumptū diſcurrendo ꝑ
ſingula. ⁊ vltra: cū nihil aliud ſit pctm̄ mor
tale niſi omne illud propter qđ qs puniet
eternaliter in inferno: ⁊ talia ſunt morta-
lia magna dicente ſaluatore. Ite maledicti
in ignē eternū. ergo nullū eſt pctm̄ venia-
le: diſtinguēdo veniale ꝯ mortale. Propter
hec argumēta videť qbuſdā φ nulla ſunt
peccata venialia: ſed omne peccatū ē mor-
tale quantū eſt de ſe. Ad idē addo q̄dā Octa-
alia: ⁊ arguo ſic primo. Si aliquod foret ve uo.
niale pctm̄ ex ſuo gn̄e: tūc tale pctm̄ quan
tū eſſet ex ſe/nō induceret mortē eternā. et
cū peccās nō poſſit hr̄e vitā eternā ſine ſa
tiſfactione ſm̄ Anſel. ſequeretur φ aliquis
poſſet cōdigne ſatiſfacere ꝓ tali peccato: ⁊
ita poſſet ex cōdigno mereri remiſſionē ta
lis peccati. ꝯñs eſt falſū: qꝛ ſubducta gra-
tia remiſſionis: nullus poteſt ſatiſfacere ꝓ

quocūq͂ pctō:vt deducit Anſ.ſ. cur deus
homo a.c.xij.vſq͂ ad.xvj.ꝛ a.xvj.vſq͂ in fi
nē.ſſr Aug.in libris ſuis de mēdacio et
cōtra mēdaciū.vbi videt̄ declarare ꝙ pec
catū leue nō deberet fieri ꝓ aliqua re crea
ta: ꝗ ꝑ nullā rē aliā a deo pōt ꝓ eo ſatiſ
Nono. facere. Itē maior pena debet̄ ꝓ veniali
etiā de mīa dei:ꝙ̄ aliquis ſanctus eſt vnꝙ̄
paſſus in vita: vel ꝙ̄ aliqͣs cogitare pōt:qꝛ
pena purgatorij.ꝗ de rigore iuſtitie null⁹
pōt ſatiſfacere ꝓ veniali ſi aliqͦd tale ſit.ſi
ergo nullus pōt ſatiſfacere in vita iſta:ꝛ
certū eſt ꝙ alibi nō pōt aliqͣs ſatiſfacere:
ergo ſi hō decederet cum ſolo veniali ſine
gratia:puniret̄ ꝛ eternalr̄ maneret in cul
pa:ergo eternalr̄ deberetur ſibi pena.pꝫ
ꝯſequētia:qꝛ culpa ex ſe eſt meritum pene.
Decīo: Itē Aug.li.ij.de baptiſmo paruulorū
bene infra principiū/ꝯtra illos qui dicunt
hoīes poſſe nō peccare:qꝛ ſi nolūt nō pec
cant.dicit ꝙ ad nōnulla ſuperāda pctā vl
Vndeci que male ꝯcipiunt̄:vel que male metiunt̄:
mātur. magnis aliqn̄ ꝛ totis viribus eſt opus vo
luntatis:quas nos nō ꝑfecte in oībus ad
hibituros preuidit ꝗ ꝑ ꝓphetā dici voluit.
Nō iuſtificabit̄ in ꝯſpectu tuo oīs viuēs.
Tales itaq͂ futuros dn̄s ꝓuidēs:quedam
ſalubria remedia ꝛ vinculū peccatoꝝ dare:
ꝛ etiā poſt baptiſmū valere voluit:opera
ſcꝫ miſericordie:cū dicat.Dimittite:ꝛ dimit
tet̄ vobis.date:ꝛ dabit̄ vobis. Ubi ſatis
innuit peccata ab homine vitari nō poſſe:
ꝙ talia forent mortalia quantū ex ſe eſt:ni
ſi foret miſericordia dei.ꝛ ſubdit immedia
te poſt.Quis inquit cū aliqua ſpe adipi
ſcēde ſalutis eterne de hac vita migraret:
manēte illa ſnīa.Quicūq͂ totā legē īple
uerit:in vno aūt offēderit:fact⁹ eſt omniū
reus:niſi poſt paululū ſequeret̄:ſic loqui
mini:ꝛ ſic facite tamꝙ̄ ꝑ legē libertatis in
cipiētes iudicare ꝛc.Ubi ſatis apparet ꝙ
niſi fuerit gratia ꝑ quā remittunt̄ peccata
nullus quantūcumq͂ modicū peccaret:cū
aliqua ſpe ſalutis ab hac vita emigraret.
Vnde ergo ꝛc. Preterea ſic.Si aliqͦd eſſet ve
cimo. niale ex genere:quodlibet bonum opus ex
genere eſſet ꝓ eo ſatiſfactoriū.ꝓbatur cō
ſequētia:quoniā quodlibet tale minueret
mortale:igit̄ tolleret veniale: ꝛ ꝑ ꝯſequēs
Duode aliquod veniale poſſet totaliter excuſari.
cimo. Itē ſi aliqͦd foret peccatū veniale ex ge
nere:tunc quelibet pena tali ꝯdigna foret
minor omī pena mortali ꝯdigna:ergo nul

la pena mortali cōdigna poſſet iuſte ꝓ ta
li peccato infligi.ꝯn̄a pꝫ:qꝛ quelibet talis
foret maior ꝙ̄ aliqua ſibi cōdigna:ꝛ ꝑ cō
ſequēs nullū tale veniale ex genere poſſet
prohiberi ſub pena peccati mortalis.ꝯn̄s
eſt falſum:qꝛ illud qͦd de ſe non eſt malum
pōt ꝓhiberi ſub pena peccati mortalis:vt
pꝫ.viij.ſuper Gen̄.c.v. Hic rn̄detur ſic. Rn̄ſio
ꝙ ſi illud qͦd eſt veniale de ſe:ꝓhibeat̄ ſub
pena peccati mortalis:tunc cum cōmittit̄/
erit mortale nō ex ſuo genere:ſed ex circū
ſtantia precepti. Cōtra hoc arguit̄ ſic.ꝓ Cōtra
batur ꝙ veniale ex genere poſſit ꝓhiberi rn̄ſionē
ſub pena peccati mortalis:qꝛ ſubducto ſta Primo
tuto precepto/pena peccati mortalis foret
maior ꝙ̄ aliqua cōdigna veniali tm̄:igit̄
talem penā infligere pro veniali tm̄ foret
punire vltra cōdignum:ergo ꝓhibere pec
catū veniale ſub tali pena/eſt ꝓhibere il
lud ſub maiori pena ꝙ aliqua pena ſibi cō
digna:qͦd eſt irrationabile. Itē ſm̄ iſtam Scdo.
rn̄ſionem ꝓ qualibet trāſgreſſione prece
pti poſſet infligi pena quātacūq͂. ergo cū
quodlibet veniale ex genere ſit ꝯtra prece
ptū:ſequit̄ ꝙ pro quolibet tali poſſet que
cumq͂ pena infligi:ꝛ ꝑ ꝯſequēs pena eter
na debita ꝛ ꝯdigna mortali. Qꝛ aūt quod
libet veniale ſit ꝯtra preceptū:apparet ex
preſſe ꝑ beatū Augu. de baptiſmo paruu
lorum.lib.ij.in reſponſione ad.iij.queſtio
nem verſus finē.vbi dicit ſic. Nō eſt negā
dum hoc deū iubere.i.nos in facienda iu
ſtitia debere eſſe ꝑfectos:vt nullum habea
mus omnino peccatū. nā nec peccatū erit
aliqͣd:ſi nō diuinitus iubeat̄ vt non ſit ꝛc.
Item apparet ꝑ beatū Bern̄.de prece Tertio.
pto ꝛ diſpenſatione.c.vj.vbi dicit ꝙ omē
peccatum cōtra dei mandatū preſumitur.
Item de ſpiritu ꝛ litera.c.ij.dicit Aug. Quar
ꝙ illo precepto nō concupiſces:ꝓhibetur to.
oē peccatū. Item Ambro.libro de para Quito
diſo dicit ſic.Nō cōſiſteret peccatū:ſi inter
dictio non fuiſſet. Propter hec ꝛ alia que
poſſunt adduci:dicunt aliqui ꝙ nullū pec
catū eſt veniale ex genere:ꝛ hoc loquendo
de peccato ꝓprie:ꝛ ſumēdo peccatū ꝓ cul
pa. Sed iſtud videt̄ mihi minus ve Cōtra
rū:ꝛ doctores vident̄ eſſe in cōtrariū.Ber opinio
nardꝰ.em̄ vbi allegat̄ de precepto ꝛ diſpen
ſatione.c.vj.videt̄ oſtendere ex intētione
ꝙ aliqua inobedientia ſit peccatū veniale
ꝛ nō mortale.ꝛ hoc ſumēdo peccatum ve
niale ꝓ reatu vl̄ culpa ꝓprie.Ibi em̄ oſten

dit ꝙ nō oīs inobediētia ſit pctm̄ mortale:
per illud qđ dicit ſcriptura. Si q̄s peccaue
rit: aduocatū habem⁹ in celis apud deū pa
trem: ⁊ ipſe eſt ꝓpitiatio ꝓ peccatis nr̄is.
Et ꝓpheta: inquit Bern̄. de chriſto dicit ꝙ ꝓ
tranſgreſſoribus orauit: nō tamen ꝓ cōte-
ptoribus legiſ ſupplicaſſe. quō ꝗ perire po
terunt/ ꝓ quib⁹ ſaluator rogat ne pereāt?
igiſ videſ dicere ꝙ chriſt⁹ orauit ꝓ peccāti
bus: nō tn̄ ꝓ peccantib⁹ mortalr̄. Silr̄ ar-
guit alr̄. ſaluator in euang. ſub noībus tra
bis ⁊ feſtuce graues leueſq̄ diſcernit ino-
bedientie culpas: gradatim diſtinguens q̄
cuiq̄ reatui pena debeatur: cū aliū iudicio
aliū gehenna: aliū ꝯſilio reū ꝓteſtetur. nō
ergo ſequiſ vt ſi ſuperiorib⁹ diuina deſ ī p̄
ceptis auctoritas: ꝙ ideo nullū ī ſubditis
ſit leue aut veniale pctm̄. q̄ ſi deſ mortale
eſſe cui debeſ gehēna: quale erit peccatum
illud qđ reū tm̄ facit iudicio? nec tn̄ eſt eſſe
reatū qđ aliquē iudicio reum ſtatuit: ⁊ per
ꝯn̄s nec pctm̄. ⁊ omne pctm̄ quo cōtra dei
mādatū p̄ſumiſ: inobediētia diciſ. Ex quo
ſequiſ ꝙ aliq̄ ſit inobediētia: ⁊ criminoſa
nō ſit. ⁊ aliqđ eſt pctm̄ leue vel veniale: qđ
tn̄ non humani ſed diuini precepti ſtatuit
trāſgreſſorē. hoc ſatis exp̄ſſe dicit Bern̄. ali
qđ eſſe pctm̄ ſiue reatū qđ nō eſt mortale:
ſed veniale tantū. Ad hoc videſ mgr̄ eſſe. ij
ſenten. diſt. xl. c. vij. vbi dicit ſic. Pctōꝝ duo
ſunt genera: mortaliū. ſ. ⁊ venialiū. morta-
le enī eſt hoc per qđ quis mortē eternā me
retur. veniale qđ hoīem vſq̄ ad reatū per-
ennem mortis nō grauat: verūtn̄ penā me
retur: ſed facile indulgetur. ⁊. iiij. lib. di. xxj.
hec etiā eſt ſententia Aug. de natura ⁊ grā
fere in medio. vbi cōtra illū hereticū q̄ aſſe
rit multos iuſtos in hac vita fuiſſe ſiue pec
cato: oñdit nullū oīno fuiſſe excepta btā vir
gine/ immunē a pctō: ⁊ hoc dicit expreſſe de
Abel: ⁊ poſt dicit ꝙ multi iuſti fuerunt: et
ſine pctō nō fuerunt: ⁊ certū eſt ꝙ ipſe ſu
mit pctm̄ pro culpa. q̄ alr̄ nō eſſet ad ꝓpo
ſitum ſue intentionis. Item ad hoc eſt ſnīa
quaſi omnium doctoꝝ: ⁊ ideo nō opꝫ plura
Opin. docto. ad hoc allegare. Ideo dico ꝙ ſumendo
pctm̄ proprie ꝓ culpa ſiue reatu vel merito
ꝑ pene: aliqđ eſt pctm̄ veniale ex genere. ⁊ ꝙ
Rn̄ſio. nō omne pctm̄ eſt mortale. Nunc reſpōdeo
ad arg. ad argumenta facta ꝓ parte illa. Ad pri
Ad pri mum cū dicitur: omne peccatū ſeparat ani-
mum. mā a vita ſua: ⁊ oē qđ ſeparat aīam a vita
ſua/ eſt mortale. ergo ⁊c. nego maiorē. vide

licet ꝙ omne peccatū ſeparat animā a vita
ſua. Et ſi arguitur ſic. quodlibet peccatū eſt
incōpoſſibile vite eterne. ergo quodlibet ſe
parat a vita eterna. Dico ꝙ ſumendo vitā
eternā ꝓ beatitudine patrie: tunc añs eſt
verū: ꝙ omne peccatū eſt incōpoſſibile vi-
te eterne: quia nullū peccatū eſt cōpoſſibile
beatitudini patrie. Sed tunc nō ſequitur:
omne peccatū ſeparat a beatitudine patrie
ergo omne tale eſt peccatum mortale: quia
nō omne tale ſeparat a charitate. ⁊ ideo cū
charitas ſit vita aīe: ⁊ poſt patebit ꝙ aliqđ
peccatū ſit cōpoſſibile charitati: ſequitur ꝙ
non omne peccatū ſeparat animam a vita Ad ſe-
ſua: ideo illa maior eſt negāda. Ad aliud cundū.
cum dicitur. Omne peccatū eſt finite mali-
tie tantū intenſiue: ergo ⁊ peccatū veniale
ſi foret: foret finite malitie intenſiue tantū.
concedo totū iſtud: ⁊ concedo etiā ꝙ omne
mortale eſt finite malitie intēſiue. ⁊ dico ꝙ
quodlibet mortale excedit improportiona-
biliter quodcumq̄ veniale: ſicut indiuidu-
um vnius ſpeciei excedit indiuiduum alte-
rius ſpeciei. ⁊ ita nego iſtam: nullum fini-
tum excedit aliud infinite. tn̄ hec pōt diſtin
gui ⁊ dupliciter intelligi. Uno modo vt ſit
ſenſus: nullū finitū excedit aliud ꝑ exceſſuꝫ
infinitū: ⁊ iſte ſenſus verus eſt. Aliter vt il
le ſit ſenſus: nullū finitū excedit aliud fini-
tum infinite. i. nullū finitū excedit aliud im
proportionabiliter: vel vltra q̄ꝫ in aliqua ꝓ
portione numerali: ⁊ ſic illa falſa eſt: ⁊ ideo
neganda. Sic omne pctm̄ mortale excedit
veniale. Et ſi arguitur ſic. ſi aliqđ finitum Obie
excedit aliđ infinite ad ſenſum datū: opꝫ ꝙ ctio.
ꝯueniant in aliquo vno in quo cōparetur:
ita ꝙ vnū illoꝝ excedit aliđ infinite quo ad
illud in quo cōparantur. ⁊ tunc cū vtrūq̄
illoꝝ habeat diuiſibilitatē de illo in quo cō
parantur: ſequiſ ꝙ infinite maius alio ꝯti
neat infinities plus de illo in quo ꝯueniūt
q̄ꝫ aliud minus eo: ꝗ excederet ipm̄ ꝑ exceſ- Rn̄ſio.
ſum infinitū. Ad illud dico ꝙ vnū finitū
excedit aliud infinite. ⁊ ꝯcedo ꝙ talia duo
ꝯueniunt in aliq̄ cōi: puta in aliq̄ cōceptu:
vel potius ſeipſis ꝯueniunt in aliq̄ gn̄e. et
ꝯcedo ꝙ maius illoꝝ plus ꝯtinet de perfe
ctiōe illius gn̄is q̄ꝫ aliud iproportionabilr̄:
ſꝫ tn̄ nullū ꝯtinet in ſe eq̄le minori: nec cōi-
cans cū eo in ſpē. Si tn̄ ꝯtineret aliq̄d cum
eo ⁊ cōicans in ſpecie; tūc argumētū foret
bonū: ſed hoc nō eſt verum: ideo argumē-
tum nō ꝓcedit. Ad aliud cum dr̄. omne Ad ter
tium.

pctm̄ eſt malum malitia moris. Hic dico ꝙ
malitia dr̄ equoce de malitia morali et ve-
niali. cōcedo tn̄ ꝙ omne pctm̄ eſt malū ali-
quo mō: vel ſm qd vel ſimplr. Sed dico ꝙ
malitia venialis nō ſufficit ad denominan
dū aliquē malū moraliter. ⁊ hoc ex ſe. nec ꝑ
veniali eſt aliqs deacceptus deo poſtꝙ fuit
acceptus. concedo tn̄ ꝙ eſt aliqualr minus
Ad q̄rtum. acceptus ꝓpter veniale: vt poſtea patebit
Ad quartum cum dr: omne malum vel eſt
malū qꝛ ꝓhibitū: vel ecōtrario ideo eſt ꝓ-
hibitū qꝛ malū: ergo omne malū eſt prohi-
bitū: hoc ꝯcedo. ⁊ cū arguit vltra: omne ma
lū eſt ꝓhibitū a deo: ergo quecūqꝫ ⁊c. nego
cōſequētiā: qꝛ ſicut allegaui a Bern. aliqua
inobediētia eſt venialis nō mortalis: et ta-
mē quelibet inobediētia eſt trāſgreſſio pre-
Ad qn̄tum. cepti. ergo ⁊c. Ad aliud cum dicit: peccatū
nunꝙ eſt niſi in volūtate ⁊ ea cōſentiente.
hoc concedo: loquendo de peccato actuali:
Sed cū dr: qlibet cōſenſus volūtatis eſt li-
ber: ⁊ oē tale reſpectu illiciti eſt mortale: ne
go vtrūqꝫ illorum: qꝛ nō omnis conſenſus
eſt liber: vel dato ꝙ ꝯſenſus nō ſit niſi actꝰ
liber voluntatis: adhuc nego ſaltē illud/ꝙ
omnis cōſenſus reſpectu illiciti eſt peccatū
mortale. hoc enī eſt falſum vt poſtea decla-
rabo: ⁊ hoc ſupponit argumētū: ideo nō ꝓ
Ad ſextum. cedit. Ad aliud cū dr: indifferenter verum
eſt de omni peccato magno vl̄ paruo/ꝙ ha
bēs illud pro tunc eſt indignus vita eterna
ḡ quātū ad h̄ paritas eſt. nego ꝯn̄am: qꝛ li-
cet hn̄s qdcumqꝫ pctm̄ ſit indignꝰ vita pro
tūc: id eſt nō ſit dignꝰ vita: h̄ ē tn̄ dr̄a/ꝙ ali
qd pctm̄ facit hoīem ſimplr indignum vita
eterna: puta mortale: aliqd vo nō facit eum
ſimpliciter indignū vita eterna: puta venia
le. licet enī habēs veniale nō ſit dignꝰ habe
re vitā eternā ꝓ tūc: eſt tn̄ ſimplr dignꝰ vi
ta eterna. ſecꝰ aūt eſt de habēte pctm̄ mor-
Ad ſeptimū. tale. Ad aliud cū dr: nulla eſt differentia
eſſentialis ⁊ formalis qua veniale differat
a mortali. id nego. que autem ſit differētia
dicet in ſcdo articulo principali huiꝰ. Ad
Ad octauū aliud cū dr: ſi aliqd foret peccatum veniale
ex genere: tūc tale pctm̄ quātū eſſet ex ſe nō
induceret mortem eternam. cōcedo ꝙ tale
pctm̄ quātū eſt ex ſe nō inducat mortē pro-
prie loquēdo. ⁊ cū infert: ergo tūc peccans
tali peccato poſſet ſatiſfacere pro tali pctō
ad ꝯdignū: cōcedo ꝙ exiſtens in charitate
pt ſatiſfacere ꝯdigne ꝓ veniali. ⁊ cū arguit
ꝙ ſine gr̄a remiſſiōis nullus poſſet ſatiſfa-
cere cōdigne ꝓ quocūqꝫ peccato: vt ſupra
argutū eſt ꝑ Aug. ⁊ Anſ. h̄ cōcedo: qꝛ ſub-
ducta gr̄a nō poſſet ꝓ eo ſatiſfacere. ⁊ non
ſeqtur vltra ex hoc ꝙ qdlibet tale ſit pecca
tū mortale ex gn̄e: vt poſt dicet. Ad aliud Ad nonum.
cū dr: maior pena debet ꝓ veniali/ꝙ vnꝙ
paſſus eſt aliqs in vita iſta ⁊c. Dico ꝙ ſi pe
na purgatorij debeat pro venialibus: non
ſequit ꝙ nullus in vita iſta poſſit ſatiſface
re ad ꝯdignū pro veniali. ⁊ cā eſt: qꝛ aliqua
operatio vite pn̄tis efficacior eſt ad ſatiſfa-
ctionē: ꝙ aliqua opatio vel paſſio future vi
te: cū aliqua opatio vite pn̄tꝫ eſt meritoria
remiſſionis culpe ⁊ diminutionis pene pur
gatorij. ſed cum nulla operatio nec paſſio
future vite ſit meritoria: ideo nō ſequitur:
de hoc tamē alſ erit ſermo. Ad aliud de Ad decimū.
Aug. dico ꝙ auctoritas vera eſt ad iſtū ſen
ſum ꝙ nullus decedēs cū veniali quocūqꝫ
abſqꝫ gratia/aliquam poſſet habere ſpem
adipiſcende beatitudinis. ⁊ hoc ſatis appa
ret: qꝛ ipē vocat legem libertatis gratiam:
⁊ dicit ꝙ ſine lege libertatis non poſſet ali
quis habere ſpem beatitudinis. ⁊ ex hoc nō
ſequitur quin aliqd ſit peccatum veniale ex
Cōtra rn̄ſionē ad arg. genere. Sed cōtra. imaginemur ꝙ aliqs
foret in pctō veniali ſine omni gratia gra-
tum faciente: ſine omni pctō mortali: hoc
enī eſt imaginabile: immo aliqui doctores
vident dicere hoc fuiſſe poſſibile ſm legē:
qꝛ doctor ſubtilis dicit expreſſe ꝙ Adā po-
tuit peccaſſe venialr in ſtatu innocētie. po-
nat ḡ ꝙ aliqs talis decedat: aut dānabit
aut ſaluabit: vt expſſe ptꝫ ex auctoritatibꝰ
Aug. ⁊ rn̄ſione iā data. ſi dānat ⁊ no niſi
pro pctō ſuo: ḡ tale pctm̄ quātū eſt ex ſe/eſt
meritū dānatiōis. ḡ illd pctm̄ imo qdcūqꝫ
eſt mortale quātū ex ſe eſt. ḡ qdlibet pctm̄
ex ſuo gn̄e mortale eſt. Ad illud dico ꝙ in
Rn̄ſio. illo caſu ſic decedēs dānabit. ⁊ dico ꝙ ſuū
pctm̄ eſt veniale ex ſuo genere: per accidēs
tn̄ eſt mortale: qꝛ ſeparat a vita: ⁊ hoc non
eſt niſi ꝑ accidēs. quātū enī ex ſe eſt/non re
pugnat charitati. ideo non eſt mortale niſi
per accidens. ſ. qꝛ ſic decedens non habuit
charitatē anteꝙ deceſſit: ⁊ deceſſit in pctō:
ideo precluſa eſt ſibi via vite: ⁊ ideo cōcedo
ꝙ aliqd veniale ex gn̄e per accidens poteſt
eſſe mortale: ſicut econuerſo aliqd mortale
ex gn̄e pōt eſſe veniale. et totū illud magis
patebit ex q̄rto articulo. Ad aliud cū dr. ſi Ad vndecimū
aliqd foret veniale ex gn̄e: tūc qdlibet opus
bonū ex gn̄e poſſet ſufficere ad ſatiſfacien-

oõ ꝓ tali veniali. Dico ꝙ de forma nõ ſeq̄-
tur: ꝫ forte ꝯcluſio ſit vera. Et cum arguit̃
ꝙ ſic: q2 quodlibet tale opꝰ minueret mor-
tale cũ eo ꝯiunctũ. admitto h̄ grã argumẽ
ti. ⁊ nõ ſequit̃ ex hoc ꝙ tolleret veniale: ſic-
ut patet ꝑ eãdem imaginationẽ de potẽtia
motiua ⁊ de potẽtia reſiſtitiua: ꝙ et ſi reſi-
ſteretur/poſſet minui ⁊ fieri minor reſiſten
tia per aliquã potentiã motiuam: nulla ta
mẽ potẽtia motiua finita poſſet facere ꝙ
nõ foret reſiſtẽtia. ita in ꝓpoſito bonũ opꝰ
vel circũſtãtia bona poſſet minuere venia
le: nõ tñ ex hoc ſequit̃ ꝙ aliquod poſſet to
taliter excuſare: ideo argumẽtũ non valet.

ad duo decimũ Ad aliud cũ dicit̃: ſi aliqđ eſſet veniale ex
genere: tũc omnis pena tali cõdigna foret
minor omni pena mortali condigna. cõce-
do. ⁊ cum arguit̃ ꝙ tũc nõ poſſet ꝓhiberi
ſub pena peccati mortalis: nego ꝯñam. ⁊
cũ arguit̃ ꝙ nõ: q2 talem penã ſtatuere ꝓ
tali pctõ foret punire vltra cõdignũ: qđ fo
ret irrationabile. dico ꝙ nõ opꝫ. ſicut enim
deus iuſte põt infligere penã ſine merito
pene ſi vellet: ita põt punire pctm̃ pena ma-
iore ꝙ̃ ſibi cõdigna: ideo argumẽtũ nõ ꝓ
Reſolutio doc. cedit. Teneo ergo ꝙ aliqđ eſt peccatũ ve-
niale ex genere: ita ꝙ non omne peccatum
quantũ ex ſe eſt/ſit pctm̃ mortale. ꝫ tñ alia
pars ſit valde ꝓbabilis: vt mihi apparet:
q2 tñ nõ videt̃ eſſe conſona dictis doctoꝝ:
ideo teneo partem iſtam.

Q Articulus ſecũdus.

Nũc videndũ eſt in quo

differũt peccatũ mortale ⁊ veniale: ⁊ iſte
eſt ſecundus articulus. Circa qđ eſt ſciẽdũ
ꝙ doctores de hoc loquunt̃ diuerſimode.
dñs Albertꝰ ſup ſcđm ſniarum. q. vj. dicit
ꝙ difficile eſt dare differẽtiam iter venia-
le ⁊ mortale. verũtamen beatus Augu. pri
mo de libe. arbi. docet itelligi per q̃d vnum
differt ab alio. vbi dicit ꝙ libido eſt cauſa
omnis peccati. Eſt autem libido improba
volũtas qua morat̃ aĩa rõnalis ad hoc ꝙ
delectet̃ in creatura. tũc ſi illa volũtate di-
ligit creaturã plus ꝙ̃ deũ: pctm̃ eſt veniale
Inſtãtia. Sed ex hoc videt̃ ſequi ꝙ nullũ eſt tantũ
flagitiũ: q̃n etiam facter poſſet fieri abſꝙ
pctõ mortali. ponat̃ eñ ꝙ aliq̃s velit adul
terari ꝓpter deũ: q2 exiſtimat ꝙ illud pla-
cet deo. tũc manifeſtũ eſt ꝙ illo actu dili-
git deũ plus ꝙ̃ creaturã: ergo illo actu nõ pec
cat mortaliter. Cõ ãnt illo actu plꝰ diligit
deum ꝙ̃ creaturam ptꝫ: q2 fruitur deo dili-
gendo ipſum ꝓpter ſeipſum: ⁊ vtitur crea
tura. ⁊ quelibet fruitio vt ſic/eſt maior dile
ctio ꝙ̃ aliq̃s vſus vt ſic. ergo talis plus di-
ligit deum ꝙ̃ creaturã. ergo nõ peccat mor
taliter. qđ eſt falſum: q2 ſic poſſet argui ꝙ
illi q̃ occidebãt chriſtũ/credẽtes ſe obſeq̃ũ
preſtaſſe deo: nõ peccaſſent: ⁊ hoc mortali-
Solutio. ter: qđ nõ eſt verũ. Sed forte diceretur ꝙ
in caſu illo aliq̃s vult adulterari vel occi-
dere: q̃ credit ſe faciendo placere deo: ⁊ ꝙ
põteſſe ꝙ peccet mortaliter: ⁊ poſſet eſſe ꝙ
non peccet. Si eñ illa ignorãtia ſit inuici-
bilis: excuſat vel in toto vel ſaltem a culpa
mortali. ⁊ poſſibile eſt ſatis ꝙ aliq̃s ſic ve-
Cõtra ſolutionẽ primo. lit ex ignorãtia inuincibili. ideo concluſio
eſt ſatis poſſibilis. Si iſtud non ſoluit: q2
ponat̃ ꝙ aliq̃s ex culpa ſua icidat in igno
rãtiam craſſam: qua credit occidere chriſtũ
ꝓpter deum: plus diligit deum ꝙ̃ diligit
occidere chriſtũ: ergo nõ peccat niſi venia-
liter ex poſitione. ⁊ aſſumptum ꝓbatur vt
prius. iſte nõ diligit occidere chriſtũ niſi ꝓ
pter deũ: ergo plus diligit deũ ꝙ̃ occide-
Scđo. re chriſtũ. ergo illud nõ ſoluit. Itẽ ex hac
poſitiõe nõ ſequit̃ ꝙ ſolũ illud peccatum
vere foret veniale: quo q̃s plꝰ diligit deum
ꝙ̃ creaturam. ergo tũc quilibet actus quo
quis diligit creaturam: ⁊ nõ deũ: foret pec-
catũ mortale: qđ eſt falſum: q̃m multi tam
exiſtẽtes i charitate ꝙ̃ exiſtẽtes extra cha-
ritatem diligũt creaturã: q̃n non cogitant
Solutio. de deo oĩno. ergo ⁊c. Hic forte dicit̃ ꝙ il-
lud eſt peccatum veniale: quando aliquis
ſic diligit creaturã: q2 ſi actualiter cogita-
ret de deo cum illa creatura: tunc ꝑpone-
Cõtra ſolutionem. ret deũ illi creature. Iſtud etiã non ſoluit:
q2 tunc aliq̃s de facto peccaret. ⁊ tñ incer-
tũ foret vtrũ peccaret venialiter an morta
liter. qđ eſt falſum: q2 tũc incertũ foret nun
quid talis foret in charitate an extra cha-
ritatẽ. qđ eſt impoſſibile. ⁊ ꝯñam probo: q2
ponat̃ ꝙ aliq̃s exiſtẽs in charitate vel nõ
exiſtẽs i charitate nõ eſt cura: diligat crea-
turã: ⁊ nõ cogitet de deo: tunc poſſibile eſt
ꝙ ſi cogitaret de deo: ꝑponeret eũ tali crea
ture. ⁊ poſſibile eſt ꝙ ꝑponeret creaturam
deo: ergo contingẽs eſt q̃d illoꝝ duoꝝ ꝑpone-
ret. ergo cõtingẽs ẽ ſi peccaret mortaliter vel
nõ. nec poteſt dici ꝙ habitualiter prepone
ret deum: q2 cõtingẽs eſt vtrum actualiter
eum ꝑponeret. ergo contingens eſt vtrum
ſit in charitate. Et ſi dicat̃ ꝙ ſit exiſtẽs in
charitate: ꝫ diligat creaturã: deũ tñ nõ co-

gitat de deo: preponit tñ deũ habitualiter.
iſtud eſt manifeſte falſum: q₂ tũc ſequit ꝙ
nullus peccaret mortaliter: niſi qñ actualr
cogitaret de deo. ⁊ ita per ꝯñs quilibet exñs
in charitate/poſſet abſq₃ pctõ mortali cõ-
mittere qõcũq₃ malum: dũ tñ non actualr
Scđo. cogitaret de deo. qõ eſt erroneũ. Item ſi
eſſet aliqs q nullã hñet de deo notitiã: qõ-
cũq₃ pctm̃ faceret: vel nõ peccaret ſimplr:
vel nõ peccaret niſi venialiter. ꝯñs eſt fal-
ſuꝫ. ⁊ ꝯña ꝓbat ſic. q₂ talis ſi foret: qõcũq₃
faciendo aut preponeret deo creaturã: aut
deũ creature: aut neutrũ. Manifeſtũ eſt ꝙ
nõ ꝓponeret deũ creature: q₂ nõ diligeret
deũ: nec aliquã haberet de deo notitiam ex
caſu. eadẽ rõne nec ꝓponeret creaturam: et
ita p ꝯñs neutrũ alteri ꝓponeret. ergo ex poſi-
tione ſequit ꝙ nec peccaret venialiter nec
Tertio mortalr. ergo nõ peccaret. qõ eſt falſum. Itẽ
quilibet ſciẽter cõmittẽs pctm̃ veniale pecca-
ret mortalr. ꝯñs eſt falſum vt ꝓbabitur. et
ꝯñam ꝓbo: q₂ quilibet cõmittẽs veniale ſciẽ-
ter/agit ſciẽter ꝯ volũtatẽ dei ⁊ volũtarie.
ergo ꝓponit volũtatẽ ſuã voluntati diuine: ergo
ꝓponit creaturã creatori. ⁊ ita ex poſitione
peccat mortalr: ſ₃ ꝯñs eſt falſum: qõ ꝓbat
ex hoc ꝙ ꝯiunx ꝯſentiẽs in actũ ꝯiugalem
cã laſciuie/nõ ꝓpter bona ꝯiugij: ⁊ ſciẽs ta-
lẽ actũ eẽ pctm̃ veniale ex gñe: peccat ſcien-
ter ⁊ nõ mortalr: qm̃ excuſat ꝑ fidẽ tori: vt
pꝫ per mgr̃m. ergo aliquis põt ſcienter com-
mittere veniale ex gñe: abſq₃ hoc ꝙ peccet
Quarto. mortalr. ergo ⁊c. Itẽ habeat aliqs talem vo-
luntatem/qua vellet preferre deũ omni alij
a deo: cũ ſciẽter aliqõ veniale cõmittat. hoc
eſt poſſibile ſatis: vt pꝫ ex caſu vltimi argu-
menti precedentis. tunc talis aut preponit
creaturã deo: aut nõ. ſi nõ: non peccat. ꝯña
pꝫ ꝑ primo de libe. ar. c. xxvj. vbi dicit Aug.
ꝙ peccare nihil aliud eſt ꝙ preponere tpa-
les res rebus eternis. Si ꝓponat creaturã
creatori: arguitur ſic. Iſte plus diligit crea-
turam ꝙ deũ: ergo peccat mortaliter ex poſi-
tione. ꝙ aũt preponit creaturã creatori: pꝫ
Quinto. ex hypotheſi. Item ex hac ꝓpõne ſeque-
retur ꝙ nullus peccaret mortaliter: quod-
cũq₃ malũ faceret: ſtante volitiõe tali qua
vellet ꝓponere deum omni creature. qõ eſt
falſum. ⁊ ꝯña ꝓbatur: q₂ ſtante volitione
illa/preponeret creaturã creatori: vel nõ. ſi
nõ: habeo ꝓpoſitũ. ſi ſic: ergo ⁊ vult nõ prepo-
nere creaturã creatori: ⁊ nolendo preponit
creaturã deo. qõ eſt falſum. Ideo dicitur

aliter: ꝙ ꝯſenſus facit peccatũ eſſe morta- Reſolutio alterius doc.
le. illud enĩ qõ fit abſq₃ cõſenſu: ſolũ eſt ve-
niale. Sed hoc etiã nõ placet mihi: q₂ ſicut
prius tactũ eſt: tũc quilibet conſenſus i pec-
catum ſcitũ eſſe tale/foret peccatũ mortale:
⁊ ita nullus poſſet ſcienter peccare venialr:
qõ eſt falſum: vt pꝫ de mendacio iocoſo ⁊
in alijs multis. Sꝫ tunc vt prius quilibet
ꝯſenſus in illecebras peccati carnalis/fo-
ret pctm̃ mortale: ſiue in delectationẽ car-
nalem: quod eſt falſum: vt apparet de actu
ꝯiugali vt prius. ⁊ Aug. cõtra Julianũ. iij
c. xiiij. dicit ſic: ꝙ ſi in ꝯiuge fit nõ quidem
contra naturã: ſed tñ ꝙ tabularꝫ matrimo-
nialium limitẽ tranſeat: veniale apud apo-
ſtolũ reperit. Itẽ pꝫ ſcđo contra Julianũ
c. xvij. vbi exemplificat de peccatis veniali-
bus: ⁊ ſimilr de igne purgatorio ⁊ diuerſis
alijs locis. Item ex hac ꝓpõne ſequit ꝙ
quodlibet peccatũ foret mortale: qõ eſt fal-
ſum. ⁊ ꝯña patet: q₂ nunꝙ eſt aliqõ venia-
le ſine ꝯſenſu. vt Aug. contra Julianum lo-
quẽs cõtra ꝯcupiſcentiã/dicit que ſit cauſa
quare viuimus in hac vita ſine pctõ. ⁊ dicit
ꝙ cauſa illius dicti nõ eſt/q₂ ipſa concupi-
ſcentia eſt peccatum. i. pena peccati: quia
tunc foret iſte ſenſus. nõ ſumus ſine pecca-
to. i. non ſumus ſine pena peccati: ⁊ ita ibi
ſumeret pctm̃ ꝓ pena peccati: ſ₃ cã quare
nõ ſumus ſine pctõ: eſt q₂ nõ ſum⁹ ſine cõ-
ſenſu peccati qui eſt culpa: ⁊ reos nos fa-
cit nõ ſolũ ꝓ eo qõ reatu factũ eſt. ergo ſe-
quit ꝙ nunꝙ eſt pctm̃ vel culpa aliqua ſi-
ne ꝯſenſu. Un̄ hec ſunt vba Augu. ibidem
In h bello laborãtes ꝙdiu tẽtatio eſt vi-
ta hoĩs ſup terrã. nõ ideo ſine pctõ ſumus
q₂ h ex eo mõ dr̃ pctm̃. q₂ reatu factũ ope-
rat in mẽbris repugnãs mẽtis legi: etiam
nõ ſibi ad illicita ꝯſentiẽtib⁹ nobis: inquã
tũ ad nos attinet: ſine pctõ ſemꝑ eſſemus
donec ſaluaret hoc malũ: ei nunꝙ ꝯſenti-
rem⁹ ad malũ. Ecce hic dicit expſſe ꝙ quã-
tũ in nobis eſt ſemꝑ ſine pctõ eſſem⁹ ſi cõ-
cupiſcentie nũꝙ ꝯſentiremus. Ex quo ſe-
quit ꝙ nunꝙ eſt pctm̃ ⁊ culpa ſine cõſen-
ſu. ⁊ addit. In quibus inquit ab illo rebellãte
et ſi nõ mortalr: tñ venialiter vincimur in
his. vñ quotidie dicimus. dimitte nobis
debita nr̃a ⁊c. Ex quo ſequit ꝙ nunꝙ pec- Reſolutio alia.
camus niſi ꝯſentiendo. ⁊ ꝙ aliquis eſt con-
ſenſus venialis ſolũ: ⁊ nõ mortalis. ergo non
põt dici mortale ⁊ veniale per hoc differ-
re/ꝙ cõſenſus facit mortale: ⁊ veniale eſt

qđ ſit ſine ꝯſenſu. Tum q: nō oīs ꝯſenſus
eſt mortalis: tū q: vtriuſqȝ oppoſitū ſequi
tur ex hac poſitiōe. Jđ đ: aliter: ꝙ aliqs cō
ſenſus eſt venialis: ⁊ aliqs eſt mortalis. Cō
ſenſus venialis eſt in illud etiam qđ de ſe
eſt malū: ⁊ ille q̄ ſit de ſola correptiōe vo
lūtatis: ⁊ p̄cedit oēm deliberationē intel
lectus: ⁊ talis ꝯſenſus đ: ꝓprie ſurreptio.
Cōſenſus ṽo mortalis q̄ ſit ex deliberatio
ne rōnis: quo ſcȝ volūtas cōtēnit rōnē ⁊
ei⁹ dictamē. ⁊ illud eſt de intētione dñi Al
Cōtra primo. tiſſio. di. ſup. ij. ſnīaꝝ. q. x. fere in fine. Sed
adhuc illud nō videt̄ gnālr̄ eſſe verū: q: ſm
iſtā poſitionē qđlibet ex deliberatione cō
miſſum foret mortale pctm̄: qđ tm̄ eſt falſū
vt habet̄ exp̄ſſe ī canonib⁹. di. xxv. vnū ora
riū. Criminis appellatio alīs late pȝ: cōple
ctens oē pctm̄ qđ ex deliberatione ꝓcedit.
⁊ paucis interpoſitis dicit ſic. Multa enim
ex deliberatione ꝓcedūt: q̄ niſi ſepius reite
rata ⁊ ī ꝯſuetudinē fuerint deducta: q̄uis
grauēt poſt mortē: nō tm̄ eternaliter ꝑdūt.
ex quo videt̄ ꝙ multa ſiūt ex deliberatiōe:
⁊ tm̄ ſunt venialia p̄cīſe: ⁊ nō mortalia: cui⁹
Scđo. oppoſitū dicit poſitio. Silr̄ ſm hanc poſi
tionē ꝯtēptus eſt cā peccati mortalis. cum
em̄ aliqs ſciēter ⁊ cū deliberatione peccat:
videt̄ ꝯ:ēnere: ⁊ talis ꝯtēptus eſt mortale
ex ſe. ⁊ illud videt̄ eē de intētiōe bti Bern̄.
de diſpēſatiōe ⁊ p̄cepto. Sȝ tm̄ ex hoc ſequi
tur ꝙ quilibet ꝯtēptus foret mortalis: qđ
nō apparet verū: tūc em̄ app̄ciatio alicui⁹
rei minus q̄ȝ valeat / foret pctm̄ mortale ex
ſe. qđ eſt falſum: vt notū eſt. ⁊ ꝯñs apparet
q: talis app̄ciatio rei minus iuſte foret cō
temptus: ſicut dicit Altiſſio. in. ij. di. xxviij.
q. viij. Item ex hoc ſequit̄ ꝙ nunq̄ȝ aliqs
peccaret mortaliter: niſi cū aliqđ mali ex de
liberatione cōmitteret. ꝯñs apparet ex poſi
tione: q: hoc ſolū eſt peccare mortalr̄. ſ. ex
deliberatione malefacere: vt dicit poſitio.
Sed ꝯñs eſt falſum: q: tunc hō quodcūqȝ
malū faceret ex paſſione vehementi: nunq̄ȝ
peccaret mortaliter. ⁊ ita multoties poſſet
quis cōmittere furtū / homicidiū / ⁊ qđcūqȝ
aliud malū ex intentiſſima libidine: abſqȝ
hoc ꝙ peccaret mortalr̄. imo videt̄ ꝙ nūq̄ȝ
incontinens peccaret mortaliter. ꝯñs pȝ:
q: incontinens eſt ille qui ex vehementia
paſſionis egreditur a ratione: vt declarat
Ariſt. vij. Ethicoꝝ. ergo cū talis nunq̄ȝ agit
ex deliberatione: ſequeretur ꝙ talis nunq̄ȝ
peccaret mortaliter: quod non eſt verum.

Alia eſt poſitio: que dicit ꝙ veniale dif Reſolutio alia Cōtra.
fert a mortali per hoc ꝙ mortale eſt contra
deū: veniale ſolū contra ꝓximū. Sed hec
poſitio etſi ſit vera: tm̄ videtur mihi minus
ꝓbabilis: q: manifeſtū eſt ꝙ omne peccatū
ſit contra preceptū dei ⁊ a deo ꝓhibitū: vt
prius allegatū eſt expreſſe ꝙ omne pctm̄ ē
contra deū immediate. Similiter ſi aliquis
furatus fuerit a diuitibus notabiliter: ⁊ tri
buat egenis ꝓpter amorē dei: ille nō videt̄
facere principaliter contra deū: q: totū qđ
facit / operatur ꝓpter amorē dei. immo ma
gis directe videtur agere contra ꝓximum
q̄ȝ contra deū: ergo ſic faciendo non pecca Reſolutio propria dcōrōis.
ret mortaliter. qđ nō eſt verū. Ideo vide
tur mihi ꝙ oporteat aliā viam inueſtigare
vnde dicat̄ aliquod pctm̄ mortale: quo ha
bito videbit̄ ſequi ꝙ omne pctm̄ quod nō
eſt mortale: eſt veniale. Vñ ſuppono tanq̄ȝ
principiū in materia iſta: ꝙ iuſtitia que re
quiritur: ſufficiat ad ſalutem. Sicut chari
tas que ab apoſtolo dicit̄ plenitudo legis
⁊ finis precepti. Diſtinguo igitur de chari Charitas mlt̄ tifariā accipit̄.
tate. Vno modo ſumitur generalr̄ ꝓ qua
cūqȝ dilectione ſiue carnali ſiue naturali ſi
ue ſpirituali: ⁊ ſic inuenit̄ charitas tam in
electis q̄ȝ in reprobis: tam in hoībus q̄ȝ in
brutis. Alio modo ſumitur ſpecialiter ꝓ di
lectione ſpirituali tantū: que. ſ. ex dono dei
⁊ ſpeciale donū dei: ⁊ hoc ſcđo modo eſt ad
ꝓpoſitum ſolū. iſta aūt diſtinctio ſumitur
ab Aug. ſuper. j. can̄. Jo. homil̄. ix. in prin.
Item ſumendo charitatem ſcđo modo pro
dilectione ſpirituali: adhuc tripliciter capi
tur. Vno modo ꝓ illo habitu infuſo: qui. ſ.
eſt donū: ⁊ preuenit omne meritū noſtrum
actuale. Iſto modo dicit Augu. ſuper pſal.
cxviij. ꝙ iuſtitia eſt magna virtus animi:
quā nemo facit in hoīe niſi ſolus deus. et
allegatur a mgr̄o lib. ij. diſt. xxvij. c. j. Alio
modo ſumitur charitas ꝓ actu voluntatis
licito ſm inclinationem talis virtutis. ⁊ il
lo modo dicitur charitas motus aīe. Ter
tio modo ſumitur charitas pro ope extrin
ſeco procedente a tali virtute ⁊ eius vſu: ſic
ut innuit mgr̄ lib. ij. di. xxvij. c. v. Vbi dicit
ꝙ ex virtute ⁊ libero arbitrio naſcitur mo
tus bonus: ⁊ exinde bonū opus ꝓcedit ex
terius. ⁊ hoc tertio modo ſumit̄ charitas ī
euang. Jo. xv. vbi dicit dñs. Maiorē cha
ritatē nemo habet vt animā ſuā ponat qs
ꝓ amicis ſuis. Ibi enim nō ſumitur chari
tas ꝓ actu interiori: nec pro habitu: ſed ꝓ

actu extrinſeco:vt dicit magiſter li.iij.diſt.
xxix.in fine. Qm̄ opus extrinſecum maius
fieri nõ põt ꝑ amico ꝙ ſit illud. His ergo
p̄miſſis volo declarare breuiter aliquas cõ
cluſiones. Prima eſt hec:ꝙ habit⁹ chari- Cõclo prima.
tatis eſt vita aĩe:ꝛ hoc ꝓprie loquendo de
charitate aĩe. Iſta cõcluſio põt ꝑſuaderi:li
cet nõ poſſet efficaciter demonſtrari: quia
mors aĩe eſt ſeparari a deo:ſicut vbiqꝫ pꝫ
ꝛ idõ ſufficit allegare aliquĩ.iiij.de tri.ca.iij.
vbi diſtinguit Aug. valde diffuſe mortem
corporis a morte aĩe. ꝛ inter cetera dicit ſic
Sicut aĩa deo deſerēte morit᷑:ſic corp⁹ aĩa
deſerēte morit᷑.et poſt eodē li.c.xiij. Mors
ſpūs eſt a deo deſeri: mors autē corporis a
ſpū deſeri.ſꝫ manifeſtū eſt apud oēm theo
logū ꝙ deus non ſic deſerit aĩam/ꝙ ab ea
ſeparet᷑:ita ꝙ ipſa aĩa ſit:ꝛ deū in ſe nõ ha
beat:cū deus vbiqꝫ ſit:ꝛ nuſq̄ꝫ deſit.et ſꝫm
Aug.de vita btā: oēs hoies tā boni ꝙ̄ ma
li deū habēt:licet aliter ꝛ aliter:qꝛ boni pro
pitiū:mali vero deū habēt aduerſum.ergo
nõ põt dici ꝙ mors aĩe ſit a deo ſepari ſim
pliciter:qꝛ ſic foret impoſſibile aĩam mori.
ǧ oportet dicere ꝙ mors aĩe ſit aliq̄ ſpecia-
lis ſepatio a deo:ita ꝙ vita aĩe nõ eſt ipſa
p̄ntia dei abſolute:ſed aliqualis p̄ntia ſpe-
cialis ipſius ſꝫm aliquē effectū eius ſpecia-
lē:ꝑ quē effectū deus aĩam viuificat. talis
aūt effectus nullus eſt niſi charitas:qꝛ nul
lus effect⁹ ſine charitate valet:vt dicit apo
ſtol⁹.j.ad Cor.xiij.ꝛ ſilr Aug.xv.de trini.c.
xviij.ꝛ ſuꝑ.j.canͦ. Jo.homil.v.dicit ꝙ ſola
charitas diuidit filios regni a filijs perdi-
tionis. ǧ oportet ꝙ de⁹ ꝓpter effectū chari
tatis quē cauſat in aĩa: dicat᷑ vita aĩe: ꝛ ſic
ꝑ abſentiā ſiue carētiā talis effectus ð᷑ aĩa
mori. Silr familiare eſt apud theologos ꝙ
de⁹ eſt aliter in reprobis ꝛ aliter in electis:
qꝛ in electis eſt ꝑ p̄ntiā ꝛ ꝑ ſpūalē inhabita
tionē. In reprobis autē eſt ꝑ p̄ntiā tm̄: ita
ꝙ nõ ꝑ inhabitationē. Hec aūt diuerſitas
eſſendi in iſtis ꝛ in illis eſſe non poſſet: niſi
qꝛ aliqͦd donū ſpūale opat᷑ in electis oībus/
qͦd nõ opat᷑ in reprobis.nec tale donū põt
intelligi niſi donū iuſtitie et charitas: qͦd
ſolū diuidit filios regni a filijs ꝑditionis:
vt dictū eſt:ǧ ꝑ illud donū ð᷑ de⁹ electos in
habitare ꝛ aĩam ſpūaliter viuificare:dicēte
Augu.in ſermone de laude charitatis q̄ ſic
incipit. Diuinarū ſcripturarū ꝛc.nec dubi-
tari vllo mõ põt ꝙ rēplū dei ſit hõ in q̄ ha
bitat charitas:ǧ ꝑ ꝯñs illud donū eſt vita
aĩe:ꝛ eius ſeparatio eſt mors aĩe.ꝛ h̄ credo
eſſe verū. Qͦd igit᷑ cõiter ð᷑. de⁹ eſt vita aĩe
verū eſt:ꝛ dꝫ intelligi effectiue:ꝛ nõ forma
liter.ſ.ꝑ ipm̄ donū charitatis qͦd formali-
ter eſt vita aĩe. Uñ ſicut in corꝑalib⁹ rebus
alia eſt ꝑfectio materie prime: et alia ſcðe:
ſicut aliq̄s actus eſt primus et aliq̄s ſcðs:
ita imaginor in ꝓpoſito ꝙ ipm̄ donū cha-
ritatis eſt actus prim⁹ anime: quo ſcꝫ ani-
ma iuſta ſit in actu primo:ꝛ perfectio ſecū-
da anime ſiue actus ſit opatio ꝓcedens ab Cõclo ſecūda
illo dono. Secūda cõcluſio eſt:ꝙ deus ab
anima vitā non ſubtrahit:niſi aĩa prius vi
tā deſerat. Hec etiā cõclo ſicut p̄ma demõ-
ſtrari non põt nec efficaciter ꝑſuaderi: niſi
ꝑ auctoritatē beati Auguſtini de vera ꝛ fal
ſa penitentia. vnde ante finē dicit ſic. Deus
q̄ ſemel incipit bene facere ꝛc. derelinquim⁹
eum eiuſqꝫ beneficiū quod omnino noſtrū
eſt:cū prius eius ſit inſpirãdo: cogit᷑ ex ne-
ceſſitate iuſte miſericordie neminem poſſe
prius relinq̄re.non eñ ſui eſt relinq̄re niſi
relinquētē ſe. Silr.iiij.cõfeſſi.c.xj.dicit ſic.
A deo nõ deſerit᷑ amor: ſi amor ipſe nõ de-
ſerit. Itē de natura ꝛ gratia dicit ſic. Deus
nõ deſerit niſi deſerat᷑: vt pie iuſteqꝫ viuat᷑.
Itē de ſpū ꝛ aĩa.c.ij.dicit ſic. Semꝑ deus
p̄ſentē ſe exhibet:ſemꝑ ſeſe paratū offert.
Si me paratū inuenerit:quocūqꝫ vertero
me:nõ me deſerit niſi prius ego eū deſerā.
Item.xiiij.de ciuitate dei.c.xv.dicit ſic. Ab
anima deſerit᷑ vita ſua que illi deus eſt. nõ
eñ deſerta eſt vt deſereret: ſꝫ vt deſereret᷑
deſeruit. Ad malū q̄ppe eius prius eſt vo-
lūtas eius:ad bonū ꝯo eius prior eſt volun
tas creatoris. Itē Aug.de vera innocētia
ꝓpoſitione.cliij. Põt homo inuitus amit-
tere bona tꝑalia:nunq̄ꝫ vero niſi volēs per
dit diuina. Itē de correptione et gr̄a dicit
Aug.ꝙ tale erat adiutoriū:ſi hõ ille ꝑ libe
rū arbi.nõ deſeruiſſet deū:ſemꝑ bon⁹ fuiſ-
ſet.ſꝫ deſeruit ꝛ deſert⁹ eſt. Item de corre-
ptione ꝛ gr̄a.c.xviij. Oēs mali ſupplicijs
iudicãdi ſunt:q̄ gr̄am dei ſuſcipiūt. Sꝫ tē
porales ſunt:nec ꝑſeuerāt:ꝛ deſerūtur. Ex
his ſatis apparet ꝙ nõ pri⁹ de⁹ vitā aĩe q̄
gr̄a ē/ſubtrahit ab ipſa aĩa:ꝙ̄ ipſa aĩa deſe Cõtra
rat vitā. Cõtra tamē iſtā cõcluſionē vidē- concluſionē.
tur eſſe quedam auctoritates. qꝛ videt᷑ ꝙ
deus ſubtrahit gratiam ſuam anteq̄ꝫ ho-
mo peccet. Dicit enim Aug.de bono perſe-
uerãtie.c.xlv.ꝛ ſimiliter.lxiiij.ſic. Qui obe-
dins ꝛ p̄deſtinati eſtis reijciēdi ſubtrahent᷑

a vobis vires: vt obedire ceſſet ꝫ. Dic videt
dicere ꝙ ſubtraherent vires ad illum effe
ctū: vt ſcʒ ceſſent obedire: ⁊ ita ceſſare ab
obediētia erit effectꝰ ſubtractiōis. ꝗ ſubtra
het prius grã: ꝙ̄ ceſſet obediētia. Silr gl.
ad Ro. primo ſup illō apli. Tradidit illos
deꝰ in paſſiones ignominie. dicit ſic. Sicut
deꝰ apponit grãm: vnde inclinat volun-
tas hoīs ad bonū: ita ſubtrahit a ꝗbuſdaʒ
qua ſubtracta īclinat eoꝝ volūtas ad ma-
lū. ex hoc videt īnuere ꝙ prius ſubtrahit
gratia: ꝙ̄ deſerat a volūtate deꝰ. Ad hoc
etiā eſt Aug. de gratia ⁊ natura. vbi dicit
⁊ oſtēdit ꝯ hereticū petā peccatis vindica-
ri: ⁊ recitat r̄ſionē quā poſſet dare hereti-
cus: dicēs ꝙ deꝰ ad peccādū non cogit: ſed
dignos deſeri tm̄ deſerit: ⁊ tūc dicit Aug.
ſic. Si hoc dicit: veriſſime dicit. Ad iſta
Rn̄ſio ad auctorita tes ꝯ ſecūdam conclu ſionem — rādeo: ⁊ dico ꝙ iſta ⁊ oīa eis ſimilia debēt
ſic intelligi. deus grãm collatam a quibus
ſubtrahit in penam peccati p̄cedētis ⁊ me
rito precedētis peccati: ſubtrahitur ab eis
grã ⁊ eius vſus: ⁊ aliter nō. ⁊ hoc exp̄ſſe pʒ
ꝑ Iſidoꝝ de ſummo bono li. ij. ca. xix. Nō
inqt: cum aliqui iuſti ſunt: a deo impellun-
tur vt mali fiant. ſed dū mali ſunt: indurā-
tur vt deteriores fiāt. ⁊ poſt ſequitur. Fa-
cit ergo deus quoſdā peccare: ſed in quibꝰ
talia peccata precesserunt: vt iuſto iudicio
eiꝰ mereātur in deterius ire. Quedā enī pec
cata de ira dei veniūt: que ꝓ merito alioꝝ
cōpenſant peccatoꝝ. vult dicere ꝙ deꝰ nō
facit hoīes deteriores: nec eoꝝ minuit bo-
nitatem: niſi prius hoc meruerūt. ⁊ hoc eſt
quod dicit. Ad hoc etiā eſt ſententia beati
Grego. ⁊ ponit in gloſſa. ad Ro. primo. vbi
prius. Iuſto inqt iudicio deꝰ corum peccā-
tis eos obnubilat: vt p̄cedētis peccati me-
rito etiā in alia cadāt. Ex quibꝰ pʒ ꝙ deus
nō ſubtrahit grãm ab aliquo niſi per me-
ritū ſuum p̄cedēs. ⁊ ꝑ conſequēs priꝰ ani-
ma deſerit iuſtitiā: ꝙ̄ deus donum iuſtitie
Correlarium — ab aīa ſubtrahit. Ex iſta concluſione ſeq̄-
tur correlarie: ꝙ prius ſaltē naturaliter di-
cit pctm̄ eſſe mortale: ꝙ̄ deꝰ deacceptat il-
lud ad penā eternā: vel ad ſubtractionem
grẽ. ⁊ hoc ſequit ex eo ꝙ priꝰ homo deme-
ret grãm ſubtrahi: ꝙ̄ deꝰ eā ſubtrahit: vt
dicit cōcluſio. ergo priꝰ naturaliter eſt pec-
catū mortale: ꝙ̄ grã auferat. ergo non pōt
dici ꝙ ideo eſt mortale: qꝛ deus illud deac-
Tertia ꝯcluſio — ceptat: ſʒ magis ecōtrario. Alia concluſio
eſt: ꝙ habita occaſione opandi: vita aīe nō
cōſeruat ſine cura vel zelo iuſtitie. Hoc aūt
demōſtrari non pōt: ſʒ tm̄ ꝑ auctoritates ꝑ
ſuaderi. Eſt aūt ad hoc auctoritas Augu.
enchi. xxxi. vbi dicit ſic ꝙ non ſufficit miſe-
ricordia dei: ſi non adſit volūtas hoīs. hō
enim credere vel ſperare non pōt / niſi velit:
nec ꝑuenire ad palmā niſi volūtarie currat
ſi nō pōt ꝑuenire ad palmā niſi volūtarie
operet: ꝗ nec pōt conſeruare charitatē ſiue
vitā ſuā / niſi cōformiter opet ad vitā. ꝯña
pʒ ex oppoſito: qꝛ ſi poſſet cōſeruare vitā ſi
ne operibꝰ volūtarijs: ſequit ꝙ poſſet ꝑue
nire ad gloriā ſine talibꝰ opibꝰ: cuiꝰ oppoſi
tū dicit auctoritas. ⁊ cōſequētia pʒ: qꝛ cui
cūꝗ charitati correſpōdet glīa ⁊ palma. Idē
etiā pʒ ꝑ Greg. in homil. de pētecoſte. vbi
dicit ſic. Ad voſmetipſos fratres redite. Si
deū vere amatis / exq̄rite: nec tm̄ ſi aliquis
credat q̄cq̄d ſibi animꝰ ſine opis atteſtatio
ne r̄ndeat. ⁊ ſequit. Nunꝗ amor dei otio-
ſus eſt: operat enī magna ſi eſt. Si vero re
mittit: nō eſt. Item dns in euā. dicet repro
bis in iudicio finali dānādis / ꝓ eo ꝙ opa
charitatis nō egerūt. Ite maledicti in ignē
eternū ⁊c. Eſuriui: ⁊ nō dediſtis mihi man
ducare. Sitiui: ⁊ non dediſtis mihi bibere
⁊c. Idē etiā apparet ꝑ illud qd̄ dicit Io. in
j. cañ. ſua ca. iij. Qui inqt habuerit faculta-
tes huiꝰ mūdi: et viderit fratrē ſuū neceſſi-
tatē hr̄e: et clauſerit viſcera ſua ab eo: quō
charitas manet in eo? Vbi ſatis apparet ꝙ
charitas in illo caſu nō conſeruat ſine ope
⁊c. Ad idē facit illud Grego. ſup euā. Mat.
Seruū vnum apportato lucro remunerat:
aliū aūt a bono ope torpētē dānat. Quar — Quarta ꝯclo
ta ꝯcluſio eſt de ſignificato huius vocabuli
pctm̄ mortale. et eſt hec in forma: ꝙ ex hoc
ſolū aliqd̄ dr̄ pctm̄ mortale: qꝛ eo ſepat aīa
a charitate. Hec videt eē manifeſta ex ter-
minis. qꝛ h̄ ē eē mortale qd̄ mortē īferre: et
mortē īferre nō ē aliud ꝙ̄ vita priuare. ꝗ cū
vita aīe ſit iuſtitia ſiue charitas: vt dictū ē
in pria ꝯclone: ſeqtur ꝙ idē ē eē pctm̄ mor
tale / qd̄ aīam a charitate ſepari. Quinta — Quinta ꝯcluſio
cōcluſio eſt: ꝙ oē qd̄ repugnat opibꝰ req̄ſi-
tis ad ꝯſeruationē charitatꝫ: ipſi repugnat
charitati. Hec pʒ ex tertia: cū enī charitas
nō cōſeruet ſine opibꝰ ſibi ꝯuenientibꝰ: ſeqt
ꝙ oē qd̄ repugnat talibꝰ opibꝰ repugnat
etiā charitati. Sexta ꝯclo: ꝙ nullū opꝰ ex — Sexta ꝯcluſio
trinſecū ꝑ ſe repugnat charitati. h̄ pʒ: qꝛ ſi
ſic: tūc aliqd̄ opꝰ foret extrīſecū: ſup quo nō
poſſet fieri diſpēſatio. ꝯña pʒ ꝑ Ber. de pre

cepto ꝛ diſpēſatiōe: vbi vr̄ dicere ſnīaliter ꝙ ea que per ſe requirunt ad charitatē: etiā nec ab ipſo deo diſpēſationē recipiunt. Ex quo ſeqtur per oppoſitū/ ꝙ ea que ꝑ ſe repugnāt charitati: nullo mō diſpēſationē recipiūt. Sed manifeſtū eſt ꝙ ſuꝑ quodlibet opus extrinſecū pōt diſpēſatio fieri: vt apparet ꝑ ꝓceſſum Ber. vbi declarat ꝙ in oibus p̄ceptis ſcōe tabule cadit diſpēſatio q̄ tabula mētionē facit de opib' extrīſecis: ḡ ſeqtur ꝙ nullū op' extrinſecū repugnat charitati. Ad idē eſt vn' ꝓceſſus Aug. ſuꝑ cañ. Jo. homil. vj. vbi videt illud expſſe deducere: ſed omitto v̄ba ſua ꝓpter plixitatē.

Septima cōcluſio. Septima ꝯcl'o: ꝙ nō q̄libet opatio intrinſeca vitioſa repugnat charitati: qꝛ tūc nulla volitio vitioſa foret peccatū veniale ex gn̄e: ꝛ ita velle loqui qn̄ nō ꝯfit: ꝛ aliqn̄ tacere qn̄ nō expedit: vel plus ꝙ̄ expedit: foret ex ſe pctm̄ mortale. ꝛ ita quilibet q̄ loquitur plus ꝙ̄ opꝫ: vel tacet plus ꝙ̄ expedit: peccaret mortaliter. qđ nō videt verū. Q̄ aūt talia ſunt pctā ex gn̄e: apparet per Aug. de igne purgatorio: vbi talia multa enumerat: q̄ dicit venialia eē ex gn̄e.

Octaua ꝯcl'o. Octaua concluſio eſt: aliqđ eſt ꝑ ſe peccatū mortale. hec oſtēditur ſic. Si nullū foret pctm̄ mortale per ſe: tūc nullū ꝑ ſe contradiceret charitati. pꝫ ꝯn̄a ex ſignificato vocabuli huius nois pctm̄ mortale: ꝛ ex ꝯcluſione. iiij ꝛ ita qđlibet pctm̄ foret cōpoſſibile charitati: ꝛ q̄dlibet pctm̄ poſſet ſtare cū charitate ꝛ dilectiōe fraterna. ꝯn̄a pꝫ de ſe: ꝛ ꝯn̄s eſt falſum. ſicut btūs Aug. declarat ex intētione ſuꝑ. j. cañ. Jo. homil. vj. Ubi inueſtigat veritatē ei' qđ dicit apls in eadē cañ. c. iij. Omnis qui nat' eſt ex deo: nō peccat qꝛ ſemen eius in eo manet: ꝛ nō pōt peccare: qm̄ ex deo natus eſt. Hec enim auctoritas vr̄ dicere vt dicit Aug. ꝙ nō ſit poſſibile ꝙ aliquis ex deo natus ſit: ꝛ ſimul cum hoc peccet: ꝛ ꝑ ꝯn̄s omnis q̄ ex deo nat' eſt ſine pctō eſt. ergo ſequeretur ꝙ null' ex deo natus ſit. quod eſt falſum. vel ꝙ aliquis ſit in hac vita ſine peccato. qđ eſt cōtrarium illi quod dicit apls in eadē cañ. c. j. Si dixerimus qm̄ pctm̄ nō habem': ipſi nos ſeducimus: ꝛ veritas in nobis nō eſt. Iſtud dubiū mouet Aug. ꝛ ꝓ ſolutione dicit ſic ſententialiter: ꝙ illa ꝓpoſitio oīs q̄ nat' eſt ex deo/ nō peccat ꝛc. nō debet intelligi vniuerſaliter de omni peccato. ſed particulariter de aliquo certo pctō: ideſt de aliq̄ gn̄e pcti: vel de aliquibus pctīs ꝛ non de omnib': vt ſit ſenſus: aliquod eſt certum pctm̄ vel certum genus peccati: quo nullus peccat q̄ natus eſt ex deo. ꝛ iſtū modū loquēdi oſtēdit homil. vj. per illud dictū ſaluatoris in euā. Jo. vbi dicit. Si non veniſſem: ꝛ loquutus nō fuiſſem eis: pctm̄ nō haberēt ꝛc. Illud enim dictū non poteſt itelligi de omni pctō generaliter: qꝛ tunc daretur intelligi ꝙ Iudei ante aduētū chriſti fuiſſent innocentes ꝛ per ei' preſentiā facti fuiſſent pctōres: qđ nō eſt verū: ideo illud intelligitur de certo pctō. ſ. īfidelitatꝭ ꝙ in eū nō crediderūt: vel quē preſentē cōtēpſerunt. Ita dicit Aug. In ꝓpoſito hec ꝓpō/ oīs q̄ nat' eſt ex deo nō peccat: intelligit de certo pctō ſaltē ſm̄ genus. Qui em̄: dicit Aug. in dilectione fraterna cōſtitut' eſt: certa ſunt pctā q̄ nō pōt cōmittere: et hoc maxime ne oderit fratrē. vult dicere ꝙ illud gen' pcti qđ eſt odium fraternū: nō eſt cōpoſſibile charitati. Ex q̄ ſequitur ꝙ odiū fraternū eſt ꝑ ſe pctm̄ mortale: qꝛ ſi nō ſit cōpoſſibile charitati: tūc ex ſe repugnat charitati: ꝛ ꝑ ꝯn̄s ex ſe eſt pctm̄ mortale.

Itē arguit ſic. ſi nullū pctm̄ foret ꝑ ſe mortale: tunc q̄libet actus poſſet fieri ſine culpa mortali: ꝛ ita quilibet actus poſſet fieri abſq3 hoc ꝙ militaret cōtra charitatē: ꝛ ꝑ ꝯn̄s de omni actu ꝓhibito in quocūq3 precepto poſſet fieri diſpenſatio. patꝫ ꝯn̄a ꝛ falſitas conſequentis ꝑ Bern. de precepto ꝛ diſpenſatione bene infra principiū Ubi dicit ꝙ aliqua opa hūana ſunt ita neceſſaria ad ſalutē: vt nulla de cauſa poſſint etiā ab ipſo deo aliquatenus immutari. et addit. Sub hoc inquā gn̄e ē oīs illa ſermonis dn̄i ī mōte ſpiritualis traditio: ꝛ q̄cq̄d de dilectione/ humilitate/ manſuetudine/ ceteriſq3 virtutibus tā in veteri ꝙ̄ in nouo teſtō tradit obſeruādū. talia enim ſunt dicit Bern. q̄ nec licent nec expediunt aliquādo nō haberi omni tp̄e morte cōtēpta: cuſtodita ſanitate operātur. ex quib' apparet ꝙ tales actus ſunt per ſe ꝛ naturalr̄ reqſiti ad cuſtodiā charitatis: ꝛ ꝑ ꝯn̄s eoꝝ ꝯrij act' ꝑ ſe ꝛ naturalr̄ repugnāt charitati: qꝛ mortē operātur: vt dicit auctoritas. ḡ ex ſe ſunt pctā mortalia: qđ fuit ꝓbandū. Probatur ſecundo.

Itē ſi nullū pctm̄ foret per ſe mortale: tūc vt prius quodlibet mortale ex aliqua circūſtātia foret mortale: ꝛ tūc magis videtur verum de hac circumſtantia: ꝙ eſt cōtra preceptū dei. patet conſequentia: qꝛ amota illa: nul- Probatur tertio.

Si aīe ex nihilo crearenť:tūc filiꝰ ſolū tra
hit carnē a parētibꝰ.cōcedo. τ cū ðr ꝙ cū
pctm̄ originale nō ſit in carne:ſequeretur
ꝙ filius nō trahit pctm̄ originale a paren
tibus.nego ꝯn̄am quia licet pctm̄ nō ſit in
carne:per carnē tn̄ traducitur peccatū ori
ginale.τ cū ꝓbatur ꝙ nō:qꝛ ponať ꝙ deꝰ
creet materiā oīno ſimilē carni q̄ ē in mu-
liere:τ īfundat vtriqꝫ aīam:admitto:τ di-
co ꝙ tunc vna cōtrahit pctm̄: et alia non
illa ſcꝫ que eſt deciſa per naturalē ꝓpaga
tionē/habet in ſe cām macule aīe ſibi īfu-
ſe.τ alia materia nō haber talē maculam:
habet tamē vna materia eādem qualitatem
quā hꝫ alia vel ei cōſimilē: τ tūc qualitas
carnis deciſe per naturalē propagationem
maculat aīam ſibi coniunctā. τ conſimilis
qualitas ſm̄ ſpeciem in materia de nouo
creata nō maculat animā ſibi cōiunctam.
Unde in iſto pūcto eſt tota difficultas de
pctō originali: vel ſaltē maxima ps eius.
Unde dico circa iſtā materiā:ꝙ q̄litas iſta
carnis que ſm̄ mgr̄m eſt cauſa pcti origi-
nalis τ macule in anima:nō habet ex ſe ꝙ
ſit fetida:vel ꝙ aīam maculet:ſed ſolū qꝛ
vitioſe nō naturaliter cauſať in ipſa ma-
teria:ideo ðr eſſe fetida:nec foret cauſa ma
cule in aīa:īmo nec aliq̄d in aīa diceret eſſe
vitioſum vel habitus vitioſus rōne illius
qualitatis.τ ideo ſi illa qualitas cauſareť
a deo:manifeſtū eſt ꝙ nō vitioſe cauſareť:
τ per cōſequens nec aīam macularet :nec
in ſe macula carnis foret . τ iō aīa que tali
carni cōiungereť : nullā maculā traheret.
nūc aut conſimilis q̄litas ſecundū ſpeciem
eſt in carne deciſa per cōem ꝓpagationem
ſed qꝛ ea vitioſe cauſať ſcꝫ libidinoſe cū nō
poſſit exerceri cōcubitus viri τ mulieris ſi
ne libidine: τ iō q̄litas illa carnis licet non
ſit vitiū:vitioſe tn̄ cauſatur. τ ideo quali-
tas illa aīam ſibi cōiunctā maculat. Iſtud
expreſſe videť eſſe de intentione Aug. vbi-
cūqꝫ loq̄tur de tali cōcubitu:τ precipue de
fide ad Petrū parte prima ātē mediū: vbi
ſic inquit. Dū ſibi inuicē vir et mulier com
miſcēt vt filios generent:ſine libidine non
eſt parentū cōcubitus : τ ob hoc filiorū ex
eoꝝ carne naſcentiū nō poteſt ſine peccato
eſſe cōceptus:vbi pctm̄ in puulos nō trāſ-
mittit ꝓpagatio:ſꝫ libido. Nec fecunditas
humane nature facit homines cū pctō na
ſci:ſed feditas libidinis. hec eſt ſnīa magi-
ſtri. li. ij. ſentētia. Ideo dicit ꝙ ſi talis ma-
teria cauſareť immediate a deo cum tali
qualitate:tūc aīa filij cōiūcta nō traheret
culpā nec maculā:etiam ſi deꝰ acciperet ali
quā materiā talem cū tali qualitate ab ali
quo alio hoīe vel muliere:ita ꝙ diuidereť
ab ipſo hoīe ꝑ potentiā diuinā vel opera-
tionē angelicā ſine libidine τ vitio:nullo
modo traheret aīa maculā ex cōiunctione
cū tali carne. τ ideo non eſt ſimile de carne
deciſa per cōem ꝓpagationem: τ de carne
creata a deo in omni qualitate ſimili alte-
ri materie. τ ideo argumentū non ꝓcedit.
Ad aliud argu. cum ðr:ponať ꝙ cū mate Ad no
ria fuerit in vtero diſpoſita ad ſuſceptionē nū τ ad
anime:ꝙ tunc deꝰ nō infundat animā τc. decimū
admitto. τ vltra cum ðr ꝙ viueret τ creſce
ret vt prius etiam poſt expulſionē a mr̄e: τ
fieret animal irrationale τc. Iſtud non eſt
ꝯtra poſitionē nec ad ꝓpoſitū. Dico tamē
ꝙ nō viueret nec creſceret:qꝛ nullā habe-
ret aīam. ꝙ aūt priꝰ vixit:hoc fuit ab aīa
ſiue virtute τ potētia vegetatiua matris.
immo data cōcluſiōe quā argumētū indu
cit:nihil facit ad poſitionem. τ ideo trāſeo
illud τ argumentū imediate ſequēs. ſ. x. qꝛ
idem intendūt. Ad aliā cū dicif. ſi deus n
quālibet aīam creat de nouo:tūc ſeq̄reť ꝙ Ad vn
aīe eoꝝ habēt pctm̄ originale in primo in- deci-
ſtāti ſui eē. vel ꝙ deꝰ eſt auctor pcti. Nego mum.
ꝯn̄am: τ cū arguiť ꝯtra ꝑ modū magiſtri
arguēdi de āgelis: ꝙ ſcꝫ aīa ī ſui pria crea
tiōe tota eſt a deo. ergo tota eſt bona τ nō
mala. Dicō ðr cōiter a doctoribus ꝙ omne
illud qð a deo eſt:bonū eſt:ſꝫ aīa in primo
inſtāti ſui eſſe trahit a carne habitū malū
qui eſt pctm̄. τ non a deo τc. Sed iſtud di-
ctū verū eſt ſi bene intelligať. Si eīm intel
ligať ſic:ꝙ in inſtāti infuſionis ipſa caro
aliq̄d agat in ipſam aīam: ꝓducēdo ī eam
aliquā formā:q̄ ī ea nō foret niſi cauſareť
a carne:tūc nō videť mihi illud eſſe verū
qꝛ ſicut alīs dictū ē: τ argumētū tāgit:cor
pus nihil oſuo agit in ſpm̄. Si aūt ſic intel-
ligať:ꝙ aliq̄d creatum in aīa a deo ex ſola
ꝯiūctiōe cū tali carne fiat vitiū:illð veꝝ ē
vt mihi appet. Unde imaginor iſto mō ꝙ
aīa quo ad ſui eſſentiā τ q̄ ad eſſe poſitiuū
ī ſe ē a deo creata. Sꝫ cū alio creato a deo
ex ꝯſortio carnis fit vitiū ꝯcupiſcētie:qð ē
originale pctm̄. τ veriſile eſt mihi ꝙ illud
nō ſit aliō ꝙ appetitꝰ habitualis admini
ſtrādi ſm̄ ea q̄ ipi carni cōueniūt. cū enim
gie inſit naturalr̄ appetitꝰ corpꝰ admiſtrā

di manifeſtū eſt ꝙ talis appetitꝰ eſt incli-
natio habitualis ad ea q̄ cōueniūt corꝑi.ta
lis aūt appetitꝰ nō pōt eē alicuius vitioſi:
qn ſit vitioſus:nec etiā pōt eſſe qn appeti
tus ipſiꝰ aīe habitualis ſit pctm̄. Sic ḡ dr̄
pctm̄ eſſe vl' fieri ex carne:nō qꝛ caro aliq̄d
ꝓducat in aīa:vl' ī ea aliq̄d agat:ſed qꝛ ali
q̄d exiſtēs in aīa ex cōiūctione cū carne ta
li vitioſe ꝓpagata vitioſum dr̄:qꝛ ad vitiū
inclinās.ꝛ ſic habitꝰ ille ex ſe nō eſt vitium
ſicut nec qualitas carnis dr̄ eſſe feditas et
macula aīe.qꝛ nō pōt eſſe vitioſe creata ꝛ
ꝓpagata:ita appetitꝰ aīe reſpectu talis fe
ditatis dr̄ eſſe feditas ꝛ macula aīe:qꝛ non
pōt eſſe appetitus feditatis vel macule:qn
Ad formā argumenti. ſit macula.Et ideo ad formā argumēti cū
dr̄. Aīa in ſui p̄ma creatione tota ē a deo
cōcedo:ꝛ cū arguit.ergo tota bona ē a deo
Dico ſi loquamur de bonitate nature:totū
eſt verū. Si aūt de bonitate morali:ſic dico
ꝙ nō eſt tota bona a deo:qꝛ nō ē bona mo
raliter a deo:ſed ē mala moraliter:ꝛ hoc a
carne. Nec eſt ſimile argumentū de aīa cō-
iuncta tali carni:ꝛ de angelo in prima ſui
creatiōe:vel etiā de aīa p̄mi hois ꝛ mulie-
ris in ſui prima creatiōe:qꝛ āgelꝰ in ſui pri
ma creatiōe fuit talis p̄ſe q̄lis a deo crea
tus.ꝛ ſilr aīa primi hois ꝛ p̄me mulieris.
aīe aūt alioꝝ nō ſunt tales p̄ſe q̄les effe-
cte ſunt a deo p̄ma creatiōe.ſicut dicit ma
giſter li.ij.diſt.xxxj.c.viij.ꝛ cā dicta eſt: qꝛ
ſicut aliq̄lis fit ipa aīa ex ꝯtactu carnis:q̄
caro nō oīno talis eſt qualis a deo in p̄nci-
pio ſui eſſe effecta eſt:ita aīa ab ipſa carne
aliq̄lis effecta eſt qualis non fuit a deo:qꝛ
mō moraliter eſt rea peccati.Et ꝑ hoc pꝫ re
Ad duodecimum. ſponſio ad aliud ſequens:cū dr̄. Caro ni-
hil agit in aīam:nec peccat cōdelectādo vl'
cōſentiendo carni:ergo nullo mō cōtrahit
pctm̄:cōcedo ꝙ aīa non cōſentit carni:nec
ei cōdelectatur ſaltē in paruulis:ꝛ etiā ꝙ
caro nihil agit in aīam ꝓpe loquēdo. Sꝫ
nō ſeq̄tur qn aīa ex carne cōtrahit pctm̄.
ſicut dicit mgr̄ li.ij.di.xxxj.c.iij. aīa ex con-
ſortio talis carnis maculatur.Et cū argui
tur ꝙ aīa nūq̄ in ſe nec in aliquo alio ha-
buit iuſtitiā originalē.hoc cōcedo.ꝛ cū in-
fertur:ergo priuatio iuſtitie originalis in
ea nihil plus eſt peccatū q̄ ſi aīa foret crea
ta:ꝛ iuſtitia originalis nō infuſa ſibi.nego
ꝯñam:qꝛ tunc priuatio iuſtitie originalis
hr̄et cām iuſtā:qꝛ deū p̄ſe:nūc nō hꝫ illā
cauſam:ſed vitium libidinis.ꝛ ideo nō eſt

ſile. Ad aliud cū dr̄.Si vnꝰ hō infunde- Ad tredecimū
ret corꝑi aīam:ex qua infuſiōe haberet aīa
pctm̄:tūc illo hoīe foret aīa illa deterior:
ſed tm̄ nullo ſapiente fit hō deterior ꝛc.Di
co ꝙ ille ablatiuus caſus abſolutus pōt ex
poni ꝑ ſi:ꝑ qꝛ:ꝛ ꝑ dū.vt videlicet ipa pro-
poſitio ſit cōditionalis:cauſalis:ꝛ tēpora-
lis.Si ſit conditionalis vel cauſalis: nego
ꝓpōnē.Si tp̄alis: cōcedo eā. Et eodē mō
dico ꝙ hoīe ſapiente auctore fit hō deteri
or.ſꝫ tūc nō foret ſapiēs hō auctor malitie
qd̄ intelligit Aug. Nec in propoſito deus
eſt auctor malitie vt ſic.ſicut patꝫ ex dictis Ad decimumquartū
Ad vltimū cū dr̄:nō eſt dubiū qn deꝰ poſ
ſet dare hoī potentiā generandi ſibi ſile.
Dico ꝙ hō pōt generare ſibi ſile:nō tm̄ po
teſt dare formā vltimā. nec video quō deꝰ
hoc poſſet ſibi cōicare. Nō eñ video ꝙ ſit
poſſibile hoīem aliq̄d de nihilo facere.ꝛ iō
cū aīa intellectiua nō ſit ꝓducibilis de ali
qua materia:nō videtur mihi poſſibile ꝙ
deꝰ poſſet hoī dare potētiā gñandi formā
q̄ eſt aīa humana.ſi tm̄ deꝰ daret potentiā
ꝓducēdi ineſſe talē formā:tūc dico ꝙ opor
teret ꝙ deus faceret talē formā educibilē
de potētia materie.ſed ꝙ hoc nō ſit verꝫ de
facto liquet ex multis auctoritatibꝰ ſupiꝰ
allegatis ꝛ ideo etſi deꝰ poſſet hoī dare po
tētiā talē:ſatis liquet ꝙ nōdū fecit.Nunc
aūt videndū foret nū quid quilibet deſcen
dēs ab Adā ꝑ ꝓpagationē naturalē con-
trahit pctm̄ originale.Sed tamē ex cā dif
fero vſq3 alias loqui de hoc:ꝛ vado ad ar
gumentum ſecundū contra queſtionem.

Secundo fuit argumētū

Ad ſecundū principale. ad principale.Si oē pctm̄ ſit īputabile ꝛc.
tunc pctm̄ veniale foret imputabile ad cul
pam.ꝛ ita peccatum remitteret in aliquo
charitatē:qꝛ foret alicuius malitie:ꝛ ꝯſe-
quēs minus bonꝰ foret quis habito quo
cūq3 veniali:q̄3 eo amoto ceteris paribus ꝛc.
Ad illud p̄mo videndū eſt nūq̄d ſit aliqd̄
pctm̄ veniale.Sc̄do quō diſtinguit peccā-
tū veniale a pctō mortali. Quantum ad
Opinio quorundā. primū dicūt quidā ꝙ ſumēdo peccatū pro
prie ꝓ culpa:nullū peccatū eſt nec eſſe pōt
niſi mortale.ita ꝙ diſtinguendo veniale cō
tra mortale:nullū eſt nec eſſe pōt peccatū
Probatur opinio prima. veniale:ꝛ hoc ſumēdo pctm̄ ꝓ culpa. Hec
opinio multas hꝫ euidētias. probatur er-
go primo ſic.Pro omni peccato de condi-
gno debet pena eterna ꝛ ſeparatio aīe a viſ

ta eterna: ⁊ illa ſeparatio aïe a vita ꝓ tpe
quo nata eſſet iā habere: eſt mors aïe. ⁊ ni
hil ſeparat aīam ab illa vita niſi pctm̄: qꝛ
ſi fiat iſtātia de pena purgatoꝛij: illa nō ꝓ
prie ſepat aīam ab illa vita: ſ; pctm̄: rōne
cui⁹ ipa aïa ibidē detinet: tūc arguitur ſic.
Oē pctm̄ ſeparat hoīem a vita ſua: ſed oē
tale pctm̄ eſt moꝛtale: ꝗ oē pctm̄ eſt moꝛta
Scđo. le: ergo nullū veniale. Scđo ſic. Oē pec
catū eſt finite malitie tātū intenſiue: ⁊ nul
lū finitū eſt alio finito in infinitū maius.
nec aliqđ pctm̄ quod nō eſt pctm̄ moꝛtale
pōt eq̄ri pctō moꝛtali. In qcūq; eñ ꝓpoꝛ
tione finita eſt dare vnum moꝛtale maius
alio: ⁊ ſic de veniali ſi foꝛet. ꝗ nō poſſet eq
ri pctō moꝛtali in malitia: ſ; hoc eſt ipoſſi
bile: ergo ipoſſibile eſt ꝙ ſit aliqđ pctm̄ ve
Tertio niale: diſtinguēdo ipm̄ ꝯ moꝛtale. Tertio
ſic. cū omne pctm̄ ſit malū malitia moꝛis:
tūc habēs pctm̄ actuale quātūcūq; modi
cū, eſt magis mal⁹ ꝓpter illud: ⁊ p ꝯñs eſt
minus dign⁹ ⁊ min⁹ acceptus apud deū: q
nō eſt acceptatoꝛ pſonaꝝ: nec errare pōt in
acceptādo: ⁊ ſic ꝓpter qđcūq; pctm̄ foꝛet
hō min⁹ charus ⁊ minus accept⁹ deo: ſed
oē pctm̄ ꝓpter qđ hō eſt deacceptus deo
cū fuit accept⁹ ſibi ⁊ char⁹: eſt moꝛtale: cū
pctm̄ veniale nō ſit remiſſiuū vel coꝛrupti
uum charitatis: ergo oē pctm̄ eſt moꝛtale.
Et in h loco loqtur hec opinio cōiter quō
dicim⁹ ꝙ ille q eſt in pctō, ē min⁹ deo acce
Quar- ptus ꝗ ille q eſt in charitate. Quarto ſic
to. Oē malū eſt malū qꝛ ꝓhibitū. vel iō eſt ꝓ
hibitū qꝛ malū: ⁊ ſic oē malū eſt ꝓhibitū.
⁊ cū oē pctm̄ ſit malū: ꝗ omne pctm̄ eſt ꝓ
hibitū: ſed qlibet faciēs ꝯ diuinā ꝓhibitio
nē peccat moꝛtaliter: niſi aliūde excuſetur
ergo oē pctm̄ ex ſe eſt moꝛtale: et quo idif
ferenter de oī pctō ꝓhibet peccare: indif
ferenter ⁊ gñalr de oī pctō deb; intelligi
preceptū. ⁊ ſic oē pctm̄ eſt ꝯ diuinū p̄ceptū
Sub ꝗ ⁊c. Uel ſic: ponat ꝙ de⁹ p̄ciperet alicui
alia foꝛ ꝙ nullo pctō peccaret: tunc quocūq; pctō
ma. peccaret: ipſe peccaret moꝛtaliter: ⁊ talis
nō aliter obligaret ꝗ nos mō de facto ob
Sub ligamur. ꝗ ⁊c. Uel detur preceptū de nolle
alia foꝛ peccare: ſicut dictū eſt. vade: noli amplius
ma. peccare. Sed illud datū ſit in p̄cepto: tunc
qcūq; volūtas peccādi eſt pctm̄ moꝛtale.
ſed mō ſic obligamur idifferēter ad oē pec
catū vitādū p p̄ceptū illud noli peccare. et
venerabilis Anſ. dicit expreſſe: ꝙ deus p̄
cepit nobis ne peccem⁹. ergo qcūq; homo
peccat: ipſe facit cōtra diuinū p̄ceptū: qđ
de ſe eſt peccare moꝛtaliter. iuxta illud nu
meri. xv. Uerbū eñ dñi cōtēpſit: ⁊ p̄ceptū
eius irritū fecit: idcirco delebitur ⁊ poꝛta
bit iniquitate ſuā: ⁊ peribit de pplo ſuo ꝗ
p̄ceptū diuinū indifferēter obligat ſub pe
na pcti moꝛtalis ꝗ ⁊c. Quinto ſic. Nullū Quīto
eſt pctm̄ niſi in volūtate: ꝓprie loquendo
⁊ maxime de actuali: ita ꝙ nūq̄ eſt pctm̄
actuale niſi cōſentiēte volūtate ⁊ libere: ſ;
qñcūq; voluntas libere cōſentit illecebre
vel illicite cogitationi: tūc pctm̄ eſt moꝛta
le: vt deducit mgr̄ li. ij. di. xxiiij. ergo omne
pctm̄ eſt moꝛtale ⁊c. Sexto ſic. Illud eſt Sexto
vniuerſaliter ⁊ indifferenter verū de omni
pctō ſiue magno ſiue paruo: videl; ꝙ ipſo
manēte ꝓ tūc rōne illius pcti eſt habens
ipm̄ indignus vita eterna: que eſt vita aïe
⁊ manēte illo pctō dignus eſt ſeparatione
illius vite rōne illius pcti: ⁊ quocūq; pctō
dato magno vel paruo cū ſua ſequela, eſt
hō indignus ⁊ nō acceptus ad vitā eternā
ergo paritas eſt ex parte oīs pcti quo ad
ſeparationē a vita: que ſeparatio eſt moꝛs
aïe: licet aliter ſit ex parte pene ſenſus de
bite iuxta grauitatē peccati: ergo indiffe
renter debetur ꝓ omni pctō ſeparatio vite
ab aïa: licet magis tñ ꝓ vno puniat vt po
te ꝓ homicidio ꝙ ꝓ alt ero. ⁊ ſic ꝓ oī pctō
ipſo manente debetur ſeparatio vite. ⁊ ſic
ſi ſemp maneret pctm̄: ſemꝑ ſeparabitur a
vita. ꝗ ⁊c. Itē arguitur ſic. Nulla eſt diffe Septi
rentia foꝛmalis ⁊ eſſentialis q peccatū ve mo.
niale diſtiguit a moꝛtali: ergo ſpecifice nō
diſtinguitur. pt; aſſumptū diſcurrendo p
ſingula. ⁊ vltra: cū nihil aliud ſit pctm̄ moꝛ
tale niſi omne illud propter qđ qs puniet
eternaliter in inferno: ⁊ talia ſunt moꝛta
lia magna dicente ſaluatoꝛe. Ite maledicti
in ignē eternū. ergo nullū eſt pctm̄ venia
le: diſtinguēdo veniale ꝯ moꝛtale. Propter
hec argumēta videt qbuſdā ꝙ nulla ſunt
peccata venialia: ſed omne peccatū ē moꝛ
tale quantū eſt de ſe. Ad idē addo qdā
alia: ⁊ arguo ſic primo. Si aliquod foꝛet ve Octa-
niale pctm̄ ex ſuo gñe: tūc tale pctm̄ quan uo.
tū eſſet ex ſe, nō induceret moꝛtē eternā. et
cū peccās nō poſſit hr̄e vitā eternā ſine ſa
tiſfactione ꝑm Anſel. ſequeretur ꝙ aliquis
poſſet cōdigne ſatiſfacere ꝓ tali peccato: ⁊
ita poſſet ex cōdigno mereri remiſſionē ta
lis peccati. ꝯñs eſt falſū: qꝛ ſubducta gra
tia remiſſionis; nullus poteſt ſatiſfacere ꝓ

quocū𝓆ꝫ pctō:vt deducit Anſ.j. cur deus
homo a.c.xij.vſ𝓆ꝫ ad.xvj.ꝛ a.xvj.vſ𝓆ꝫin fi
nē.Alr Aug.in libris ſuis de mēdacio et
cōtra mēdaciū.vbi videt declarare ꝙ pec
catū leue nō deberet fieri ꝑ aliqua re crea
ta: ꝗ ꝑ nullā rē aliā a deo pōt ꝓ eo ſatiſ-
Nono. facere. Itē maior pena debet ꝓ veniali
etiā de mia dei:ꝙ̄ aliquis ſanctus eſt vn𝓆ꝫ
paſſus in vita: vel ꝙ̄ aliqͣs cogitare pōt:qꝛ
pena purgatorij.ꝗ de rigore iuſtitie null⁹
pōt ſatiſfacere ꝓ veniali ſi aliqđ tale ſit.ſi
ergo nullus pōt ſatiſfacere in vita iſta:ꝛ
certū eſt ꝙ alibi nō pōt aliqͣs ſatiſfacere:
ergo ſi hō decederet cum ſolo veniali ſine
gratia:puniret ꝛ eternalr maneret in cul-
pa:ergo eternalr deberetur ſibi pena.pꝫ
ꝯſequētia:qꝛ culpa ex ſe eſt meritum pene.
Decio: Itē Aug.li.ij.de baptiſmo paruulorū
bene infra principiū/ꝯtra illos qui dicunt
hoīes poſſe nō peccare:qꝛ ſi nolūt nō pec-
cant.dicit ꝙ ad nōnulla ſuperāda pctā vl
Alsimi que male ꝯcupiunt:vel que male metiunt:
liatur. magnis aliqn ꝛ totis viribus eſt opus vo
luntatis:quas nos nō ꝑfecte in oībus ad-
hibituros preuidit ꝗ ꝑ ꝓphetā dici voluit.
Nō iuſtificabit in ꝯſpectu tuo oīs viuēs.
Tales ita𝓆ꝫ futuros dn̄s ꝓuidēs:quedam
ſalubria remedia ꝛ vinculū peccatorꝫ dare:
ꝛ etiā poſt baptiſmū valere voluit:opera
ſcꝫ miſericordie:cū dicat.Dimittite:ꝛ dimit
tet vobis.date:ꝛ dabit vobis. Ubi ſatis
innuit peccata ab homine vitari nō poſſe:
ꝙ talia forent mortalia quantū ex ſe eſt:ni
ſi foret miſericordia dei.ꝛ ſubdit immedia
te poſt.Quis inquit cū aliqua ſpe adipi-
ſcēde ſalutis eterne de hac vita migraret:
manēte illa ſnīa.Quicū𝓆ꝫ totā legē iple-
uerit:in vno aūt offēderit:fact⁹ eſt omniū
reus:niſi poſt paululū ſequeret:ſic loqui-
mini:ꝛ ſic facite tamꝙ̄ ꝑ legē libertatis in
cipiētes iudicare ꝛc. Ubi ſatis apparet ꝙ
niſi fuerit gratia ꝑ quā remittunt peccata
nullus quantūcum𝓆ꝫ modicū peccaret:cū
aliqua ſpe ſalutis ab hac vita emigraret.
Unde- ergo ꝛc. Preterea ſic.Si aliqđ eſſet ve-
cimo. niale ex genere:quodlibet bonum opus ex
genere eſſet ꝓ eo ſatiſfactoriū. ꝓbatur cō-
ſequētia:quoniā quodlibet tale minueret
mortale:igit tolleret veniale:ꝛ ꝑ ꝯſequēs
Duode aliquod veniale poſſet totaliter excuſari.
cimo. Itē ſi aliqđ foret peccatū veniale ex ge-
nere:tunc quelibet pena tali ꝯdigna foret
minor omī pena mortali ꝯdigna:ergo nul
la pena mortali cōdigna poſſet iuſte ꝓ ta
li peccato infligi.ꝯn̄a pꝫ:qꝛ quelibet talis
foret maior ꝙ̄ aliqua ſibi cōdigna:ꝛ ꝑ cō-
ſequēs nullū tale veniale ex genere poſſet
prohiberi ſub pena peccati mortalis.ꝯn̄s
eſt falſum:qꝛ illud qđ de ſe non eſt malum
pōt ꝓhiberi ſub pena peccati mortalis:vt
pꝫ.viij.ſuper Gen̄.c.v. Hic rn̄detur ſic. Rn̄ſio
ꝙ ſi illud qđ eſt veniale de ſe:ꝓhibeat ſub
pena peccati mortalis:tunc cum cōmittit/
erit mortale nō ex ſuo genere:ſed ex circū-
ſtantia precepti. Cōtra hoc arguit ſic.ꝓ- Cōtra
batur ꝙ veniale ex genere poſſit ꝓhiberi rn̄ſionē
ſub pena peccati mortalis:qꝛ ſubducto ſta Primo
tuto precepto/pena peccati mortalis foret
maior ꝙ̄ aliqua cōdigna veniali tm̄:igit
talem penā infligere pro veniali tm̄ foret
punire vltra cōdignum:ergo ꝓhibere pec
catū veniale ſub tali pena/eſt ꝓhibere il-
lud ſub maiori pena ꝙ̄ aliqua pena ſibi cō
digna:qđ eſt irrationabile. Itē ſm iſtam Scđo.
rn̄ſionem ꝓ qualibet trāſgreſſione prece-
pti poſſet infligi pena quātacū𝓆ꝫ. ergo cū
quodlibet veniale ex genere ſit ꝯtra prece
ptū:ſequit ꝙ pro quolibet tali poſſet que
cum𝓆ꝫ pena infligi:ꝛ ꝑ ꝯſequēs pena eter
na debita ꝛ ꝯdigna mortali. Qꝛ aūt quod-
libet veniale ſit ꝯtra preceptū:apparet ex-
preſſe ꝑ beatū Augu. de baptiſmo paruu
lorum.lib.ij.in reſponſione ad.iij. queſtio-
nem verſus finē.vbi dicat ſic. Nō eſt negā
dum hoc deū iubere.i.nos in facienda iu-
ſtitia debere eſſe ꝑfectos:vt nullum habea
mus omnino peccatū. nā nec peccatū erit
aliqͩd:ſi nō diuinitus iubeat vt non ſit ꝛc.
Item apparet ꝑ beatū Bern̄.de prece- Tertio.
pto ꝛ diſpenſatione.c.vj.vbi dicat ꝙ oīe
peccatum cōtra dei mandatū preſumitur.
Item de ſpiritu ꝛ litera.c.ij.dicit Aug. Quar-
ꝙ illo precepto nō concupiſces:ꝓhibetur to.
oē peccatū. Item Ambro.libro de para Quito
diſo dicat ſic.Nō cōſiſteret peccatū:ſi inter-
dictio non fuiſſet. Propter hec ꝛ alia que
poſſunt adduci:dicunt aliqui ꝙ nullū pec
catū eſt veniale ex genere:ꝛ hoc loquendo
de peccato ꝓprie:ꝛ ſumēdo peccatū ꝓ cul
pa. Sed in iſtud videt mihi minus ve- Cōtra
rū:ꝛ doctores vident eſſe in cōtrariū.Ber opinio
nard.enī vbi allegat de precepto ꝛ diſpen
ſatione.c.vj.videt oſtendere ex intētione
ꝙ aliqua inobedientia ſit peccatū veniale
ꝛ nō mortale.ꝛ hoc ſumēdo peccatum ve-
niale ꝓ reatu vl culpa ꝓprie.Ibi enī oſten

dit ꝙ nõ oĩs inobediẽtia ſit pctm̃ mortale: per illud qđ dicit ſcriptura. Si qs peccaue rit: aduocatũ habem⁹ in celis apud deũ pa trem: ⁊ ipſe eſt ꝓpitiatio ꝓ peccatis nr̃is. Et ꝓba: inquit Bern̄. de chriſto dicit ꝙ ꝓ tranſgreſſoribus orauit: nõ tamen ꝓ cõte ptoribus legiſ ſupplicaſſe. quõ ꝗ perire po terunt/ ꝓ quib⁹ ſaluator rogat ne pereãt? igiſ videſ dicere ꝙ chriſt⁹ orauit ꝓ peccãti bus: nõ tñ ꝓ peccantib⁹ mortalr̃. Silr̃ ar guit alr̃. ſaluator in euang. ſub noĩbus tra bis ⁊ feſtuce graues leueſq; diſcernit ino bedientie culpas: gradatim diſtinguens q̃ cuiq; reatui pena debeatur: cũ aliũ iudicio aliũ gehenna: aliũ ꝯſilio reũ ꝓteſtetur. nõ ergo ſequiſ vt ſi ſuperiorib⁹ diuina deſ ĩ p̃ ceptis auctoritas: ꝙ ideo nullũ ĩ ſubditis ſit leue aut veniale pctm̃. qꝛ ſi deſ mortale eſſe cui debeſ gehẽna: quale erit peccatum illud qđ reũ tm̃ facit iudicio? nec tñ eſt eſſe reatũ qđ aliquẽ iudicio reum ſtatuit: ⁊ per ꝯñs nec pctm̃. ⁊ omne pctm̃ quo cõtra dei mãdatũ p̃ſumiſ: inobediẽtia diciſ. Ex quo ſequiſ ꝙ aliq̃ ſit inobediẽtia: ⁊ criminoſa nõ ſit. ⁊ aliqđ eſt pctm̃ leue vel veniale: qđ tñ non humani ſed diuini precepti ſtatuit trãſgreſſorẽ. hoc ſatis exp̃ſſe dicit Bern̄. ali qđ eſſe pctm̃ ſiue reatũ qđ nõ eſt mortale: ſed veniale tantũ. Ad hoc videſ mgr̄ eſſe. ij ſenten. diſt. xl. c. vij. vbi dicit ſic. Pctõꝝ duo ſunt genera: mortaliũ. ſ. ⁊ venialiũ. morta le em̃ eſt hoc per qđ quis mortẽ eternã me retur. veniale qđ hoĩem vſq; ad reatũ per ennem mortis nõ grauat: verũ ñ penã me retur: ſed facile indulgetur. ⁊. iiij. lib. di. xxſ. hec etiã eſt ſententia Aug. de natura ⁊ gr̃a fere in medio. vbi cõtra illũ hereticũ q̃ aſſe rit multos iuſtos in hac vita fuiſſe ſine pec cato: oñdit nullũ oĩno fuiſſe excepta btã vir gine/ immunẽ a pctõ: ⁊ hoc dicit expreſſe de Abel: ⁊ poſt dicit ꝙ multi iuſti fuerunt: et ſine pctõ nõ fuerunt: ⁊ certũ eſt ꝙ ipſe ſu mit pctm̃ pro culpa. qꝛ alr̃ nõ eſſet ad ꝓpo ſitum ſue intentionis. Item ad hoc eſt ſn̄ia quaſi omnium doctoꝝ: ⁊ ideo nõ opꝫ plura ad hoc allegare. Ideo dico ꝙ ſumendo pctm̃ proprie ꝓ culpa ſiue reatu vel merito pene: aliqđ eſt pctm̃ veniale ex genere. ⁊ ꝙ nõ omne pctm̃ eſt mortale. Nunc reſpõdeo ad argumenta facta ꝓ parte illa. Ad pri mum cũ dicitur: omne peccatũ ſeparat ani mã a vita ſua: ⁊ oẽ qđ ſeparat aĩam a vita ſua/ eſt mortale. ergo ⁊c. nego maiorẽ. vide

Opin. docto.

ꝑ Rñſio. ad arg.

Ad pri mum.

licet ꝙ omne peccatũ ſeparat animã a vita ſua. Et ſi arguitur ſic. quodlibet peccatũ eſt incõpoſſibile vite eterne. ergo quodlibet ſe parat a vita eterna. Dico ꝙ ſumendo vitã eternã ꝓ beatitudine patrie: tunc añs eſt verũ: ꝙ omne peccatũ eſt incõpoſſibile vi te eterne: quia nullũ peccatũ eſt cõpoſſibile beatitudini patrie. Sed tunc nõ ſequitur: omne peccatũ ſeparat a beatitudine patrie ergo omne tale eſt peccatum mortale: quia nõ omne tale ſeparat a charitate. ⁊ ideo cũ charitas ſit vita aĩe: ⁊ poſt patebit ꝙ aliqđ peccatũ ſit cõpoſſibile charitati: ſequitur ꝙ non omne peccatũ ſeparat animam a vita ſua: ideo illa maior eſt negãda. Ad aliud cum dicitur. Omne peccatũ eſt finite mali tie tantũ intenſiue: ergo ⁊ peccatũ veniale ſi foret: foret finite malitie intenſiue tantũ. concedo totũ iſtud: ⁊ concedo etiã ꝙ omne mortale eſt finite malitie intẽſiue. ⁊ dico ꝙ quodlibet mortale excedit improportiona biliter quodcumq; veniale: ſicut indiuidu um vnius ſpeciei excedit indiuiduum alte rius ſpeciei. ⁊ ita nego iſtam: nullum fini tum excedit aliud infinite. tñ hec põt diſtin gui ⁊ dupliciter intelligi. Uno modo vt ſit ſenſus: nullũ finitũ excedit aliud ꝑ exceſſuꝫ infinitũ: ⁊ iſte ſenſus verus eſt. Aliter vt ta le ſit ſenſus: nullũ finitũ excedit aliud fini tum infinite. i. nullũ finitũ excedit aliud im proportionabiliter: vel vltra q̃ꝫ in aliqua ꝓ portione numerali: ⁊ ſic illa falſa eſt: ⁊ ideo neganda. Sic omne pctm̃ mortale excedit veniale. Et ſi arguitur ſic. ſi aliqđ finitum excedit aliđ infinite ad ſenſum datũ: opꝫ ꝙ ꝯueniant in aliquo vno in quo cõparetur: ita ꝙ vnũ illoꝝ excedit aliđ infinite quo ad illud in quo cõparantur. ⁊ tunc cũ vtrũq; illoꝝ habeat diuiſibilitatẽ de illo in quo cõ parantur: ſequiſ ꝙ infinite maius alio ꝯti neat infinities plus de illo in quo ꝯueniũt q̃ꝫ aliud minus eo: ꝗ excederet ipm̃ ꝑ exceſ ſum infinitũ. Ad illud dico ꝙ vnũ finitũ excedit aliud infinite. ⁊ ꝯcedo ꝙ talia duo ꝯueniunt in aliq̃ cõi: puta in aliq̃ cõceptu: vel potius ſeipſis ꝯueniunt in aliq̃ gñe. et ꝯcedo ꝙ maius illoꝝ plus ꝯtinet de perfe ctiõe illius gñis q̃ꝫ aliud ĩproportionabilr̃: ſꝫ tñ nullũ ꝯtinet in ſe eq̃le minori: nec cõi cans cũ eo in ſpẽ. Si tñ ꝯtineret aliq̃d cum eo ⁊ cõicans in ſpecie; tũc argumẽtũ foret bonũ: ſed hoc nõ eſt verum: ideo argumẽ tum nõ ꝓcedit. Ad aliud cum dr̄. omne

Adſe cundũ.

Obie ctio.

Rñſio.

Ad ter tium.

pctm̄ eſt malum malitia moris. Hic dico ꝙ malitia dr̄ equoce de malitia morali et veniali. cōcedo tñ ꝙ omne pctm̄ eſt malū aliquo mō: vel ſm q̄d vel ſimplr. Sed dico ꝙ malitia venialis nō ſufficit ad denominandū aliquē malū moraliter. ⁊ hoc ex ſe. nec ꝑ veniali eſt aliqs deacceptus deo poſtꝙ fuit acceptus. concedo tñ ꝙ eſt aliqualr minus acceptus ꝓpter veniale: vt poſtea patebit

Ad quartum. Ad quartum cum dr̄: omne malum vel eſt malū q: ꝓhibitū: vel ecōtrario ideo eſt ꝓhibitū q: malū: ergo omne malū eſt prohibitū: hoc ꝯcedo. ⁊ cū arguit vltra: omne malū eſt ꝓhibitū a deo: ergo quecūqꝫ ⁊c. nego ꝯſequētiā: q: ſicut allegaui a Bern̄. aliqua inobediētia eſt venialis nō mortalis: et tamē quelibet inobediētia eſt trāſgreſſio precepti. ergo ⁊c.

Ad quintum. Ad aliud cum dicit: peccatū nunꝙ eſt niſi in volūtate ⁊ ea cōſentiente. hoc concedo: loquendo de peccato actuali: Sed cū dr̄: qlibet cōſenſus volūtatis eſt liber: ⁊ oē tale reſpectu illiciti eſt mortale: nego vtrūqꝫ illorum: q: nō omnis conſenſus eſt liber: vel dato ꝙ ꝯſenſus nō ſit niſi act⁹ liber voluntatis: adhuc nego ſaltē illud/ꝙ omnis cōſenſus reſpectu illiciti eſt peccatū mortale. hoc eni eſt falſum vt poſtea declarabo: ⁊ hoc ſupponit argumētū: ideo nō ꝓcedit.

Ad ſextum. Ad aliud cū dr̄: indifferenter verum eſt de omni peccato magno vl paruo/ꝙ habēs illud pro tunc eſt indignus vita eterna q̄ quātū ad h̄ paritas eſt. nego ꝯñam: q: licet hn̄s qđcumqꝫ pctm̄ ſit indign⁹ vita pro tūc: id eſt nō ſit dign⁹ vita: h̄ ē tñ dña/ꝙ aliqđ pctm̄ facit hoīem ſimplr indignum vita eterna: puta mortale: aliqđ do nō facit eum ſimpliciter indignū vita eterna: puta veniale. licet eni habēs veniale nō ſit dign⁹ habere vitā eternā ꝓ tūc: eſt tñ ſimplr dign⁹ vita eterna. ſec⁹ aūt eſt de habēte pctm̄ mortale.

Ad ſeptimū. Ad aliud cū dr̄: nulla eſt differentia eſſentialis ⁊ formalis qua veniale differat a mortali. id nego. que autem ſit differētia dicet in ſcđo articulo pricipali hui⁹.

Ad octauū. Ad aliud cū dr̄: ſi aliqđ foret peccatum veniale ex genere: tūc tale pctm̄ quātū eſſet ex ſe nō induceret mortem eternam. cōcedo ꝙ tale pctm̄ quātū eſt ex ſe nō inducit mortē proprie loquēdo. ⁊ cū infert: ergo tūc peccans tali peccato poſſet ſatiſfacere pro tali pctō ad ꝯdignū: cōcedo ꝙ exiſtens in charitate pt ſatiſfacere ꝯdigne ꝓ veniali. ⁊ cū arguit ꝙ ſine grā remiſſiōis nullus poſſet ſatiſfacere cōdigne ꝓ quocūqꝫ peccato: vt ſupra argutū eſt ꝑ Aug. ⁊ Anſ. h̄ cōcedo: q: ſubducta grā nō poſſet ꝓ eo ſatiſfacere. ⁊ non ſeqtur vltra ex hoc ꝙ qđlibet tale ſit peccatū mortale ex gñe: vt poſt dicet.

Ad nonum. Ad aliud cū dr̄: maior pena debet ꝓ veniali/ꝙ vnꝙ paſſus eſt aliqs in vita iſta ⁊c. Dico ꝙ ſi pena purgatorij debeat pro venialibus: non ſequit ꝙ nullus in vita iſta poſſit ſatiſfacere ad ꝯdignū pro veniali. ⁊ cā eſt: q: aliqua operatio vite pn̄tis efficacior eſt ad ſatiſfactionē: ꝙ aliqua opatio vel paſſio future vite: cū aliqua opatio vite pn̄t eſt meritoria remiſſionis culpe ⁊ diminutionis pene purgatorij. ſed cum nulla operatio nec paſſio future vite ſit meritoria: ideo nō ſequitur: de hoc tamē al's erit ſermo.

Ad decimū. Ad aliud de Aug. dico ꝙ auctoritas vera eſt ad iſtū ſenſum ꝙ nullus decedēs cū veniali quocūqꝫ abſqꝫ gratia/aliquam poſſet habere ſpem adipiſcende beatitudinis. ⁊ hoc ſatis apparet: q: ipe vocat legem libertatis gratiam: ⁊ dicit ꝙ ſine lege libertatis non poſſet aliquis habere ſpem beatitudinis. ⁊ ex hoc nō ſequitur quin aliqđ ſit peccatum veniale ex genere.

Cōtra rōnem ad arg. Sed cōtra. imaginemur ꝙ aliqs foret in pctō veniali ſine omni gratia gratum faciente: ſine omni pctō mortali: hoc eni eſt imaginabile: immo aliqui doctores videt dicere hoc fuiſſe poſſibile ſm legē: q: doctor ſubtilis dicit expreſſe ꝙ Adā potuit peccaſſe venialr in ſtatu innocētie. ponat q̄ ꝙ aliqs talis decedat: aut dānabit aut ſaluabit: vt expſſe ptz ex auctoritatib⁹ Aug. ⁊ rōne iā data. ſi dānat ⁊ nō niſi pro pctō ſuo: q̄ tale pctm̄ quātū eſt ex ſe/eſt meritū dānatiōis. q̄ illđ pctm̄ imo qđcūqꝫ eſt mortale quātū ex ſe eſt. q̄ qđlibet pctm̄ ex ſuo gñe mortale eſt.

Rn̄ſio. Ad illud dico ꝙ in illo caſu ſic decedēs dānabit. ⁊ dico ꝙ ſuū pctm̄ eſt veniale ex ſuo genere: per accidēs tñ eſt mortale: q: ſeparat a vita: ⁊ hoc non eſt niſi ꝑ accidēs. quātū eni ex ſe eſt/non repugnat charitati. ideo non eſt mortale niſi per accidens. ſ. q: ſic decedens non habuit charitatē anteꝙ deceſſit: ⁊ deceſſit in pctō: ideo preclufa eſt ſibi via vite: ⁊ ideo cōcedo ꝙ aliqđ veniale ex gñe per accidens poteſt eſſe mortale: ſicut econuerſo aliqđ mortale ex gñe pōt eſſe veniale. et totū illud magis patebit ex q̄rto articulo.

Ad vndecimū. Ad aliđ cū dr̄: ſi aliqđ foret veniale ex gñe: tūc qđlibet opus bonū ex gñe poſſet ſufficere ad ſatiſfaciens

cō ꝓ tali veniali. Dico ꝙ de forma nō ſeq̄tur: lʒ forte ↄcluſio ſit vera. Et cum arguit ꝙ ſic: q2 quodlibet tale op⁹ minueret mortale cū eo ↄiunctū. admitto h̄ gr̄a argumēti. ⁊ nō ſequit ex hoc ꝙ tolleret veniale: ſicut patet ꝑ cōem imaginationē de potētia motiua ⁊ de potētia reſiſtitiua: ꝙ et ſi reſiſteretur / poſſet minui ⁊ fieri minor reſiſtentia per aliquā potentiā motiuam: nulla tamē potētia motiua finita poſſet facere ꝙ nō foret reſiſtētia. ita in ꝓpoſito bonū op⁹ vel circūſtātia bona poſſet minuere veniale: nō tñ ex hoc ſequit ꝙ aliquod poſſet totaliter excuſare: ideo argumētū non valet.

Ad duodecimū. Ad aliud cū dicit: ſi aliqḋ eſſet veniale ex genere: tūc omnis pena tali cōdigna foret minor omni pena mortali condigna. cōcedo. ⁊ cum arguit ꝙ tūc nō poſſet ꝓhiberi ſub pena peccati mortalis: nego ↄñam. ⁊ cū arguit ꝙ nō: q2 talem penā ſtatuere ꝓ tali pctō foret punire vltra cōdignū: qḋ foret irrationabile. dico ꝙ nō opʒ. ſicut enim deus iuſte pōt infligere penā ſine merito pene ſi vellet: ita pt punire pctm̄ pena maiore ꝗ̄ ſibi cōdigna: ideo argumētū nō ꝓcedit.

Reſolutio doc. Teneo ergo ꝙ aliqḋ eſt peccatū veniale ex genere: ita ꝙ non omne peccatum quantū ex ſe eſt / ſit pctm̄ mortale. lʒ tñ alia pars ſit valde ꝓbabilis: vt mihi apparet: q2 tñ nō videt eſſe conſona dictis doctoꝝ: ideo teneo partem iſtam.

Q Articulus ſecūdus. **Nūc videndū eſt in quo** differūt peccatū mortale ⁊ veniale: ⁊ iſte eſt ſecundus articulus. Circa qḋ eſt ſciēdū ꝙ doctores de hoc loquunt diuerſimode. dñs Albert⁹ ſup ſcḋm ſniarum. q. vj. dicit ꝙ difficile eſt dare differētiam īter veniale ⁊ mortale. verūtamen beatus Augu. primo de libe. arbi. docet ītelligi per q̄d vnum differt ab alio. vbi dicit ꝙ libido eſt cauſa omnis peccati. Eſt autem libido improba volūtas qua morat aīa rōnalis ad hoc ꝙ delectet in creatura. tūc ſi illa volūtate diligit creaturā plus ꝗ̄ deū: pctm̄ eſt veniale

Inſtātia. Sed ex hoc videt ſequi ꝙ nullū eſt tantū flagitiū: q̄n etiam facter poſſet fieri abſqꝫ pctō mortali. ponat em̄ ꝙ aliq̄s velit adulterari ꝓpter deū: q2 exiſtimat ꝙ illud placet deo. tūc manifeſtū eſt ꝙ illo actu diligit deū plus ꝗ̄ creaturā: ꝫ illo actu nō peccat mortaliter. Cꝫ aūt illo actu pl⁹ diligit deum ꝗ̄ creaturam ptʒ: q2 fruitur deo diligendo ipſum ꝓpter ſeipſum: ⁊ vtitur creatura. ⁊ quelibet fruitio vt ſic / eſt maior dilectio ꝗ̄ aliq̄s vſus vt ſic. ergo talis plus diligit deum ꝗ̄ creaturā. ergo nō peccat mortaliter. qḋ eſt falſum: q2 ſic poſſet argui ꝙ illi q̄ occidebāt chriſtū / credētes ſe obſeq̄ū preſtaſſe deo: nō peccaſſent: ⁊ hoc mortaliter: qḋ nō eſt verū.

Solutio. Sed forte diceretur ꝙ in caſu illo aliq̄s vult adulterari vel occidere: q̄ credit ſe faciendo placere deo: ⁊ ꝙ pōteſſe ꝙ peccet mortaliter: ⁊ poſſet eſſe ꝙ non peccet. Si em̄ illa ignorātia ſit inuincibilis: excuſat vel in toto vel ſaltem a culpa mortali. ⁊ poſſibile eſt ſatis ꝙ aliq̄s ſic velit ex ignorātia inuincibili. ideo concluſio eſt ſatis poſſibilis.

Cōtra ſolutionē primo. Si iſtud non ſoluit: q2 ponat ꝙ aliq̄s ex culpa ſua īcidat in ignorātiam craſſam: qua credit occidere chriſtū ꝓpter deum: plus diligit deum ꝗ̄ diligit occidere chriſtū: ergo nō peccat niſi venialiter ex poſitione. ⁊ aſſumptum ꝓbatur vt prius. iſte nō diligit occidere chriſtū niſi ꝓpter deū: ergo plus diligit deū ꝗ̄ occidere chriſtū. ergo illud nō ſoluit.

Scḋo. Itē ex hac poſitiōe nō ſequit ꝙ ſolū illud peccatum vere foret veniale: quo q̄s pl⁹ diligit deum ꝗ̄ creaturam. ergo tūc quilibet actus quo quis diligit creaturam: ⁊ nō deū: foret peccatū mortale: qḋ eſt falſum: q̄m multi tam exiſtētes ī charitate ꝗ̄ exiſtētes extra charitatem diligūt creaturā: q̄n non cogitant de deo oīno. ergo ⁊c.

Solutio. Hic forte dicit ꝙ illud eſt peccatum veniale: quando aliquis ſic diligit creaturā: q2 ſi actualiter cogitaret de deo cum illa creatura: tunc ꝑponeret deū illi creature.

Cōtra ſolutionem. Iſtud etiā non ſoluit: q2 tunc aliq̄s de facto peccaret. ⁊ tñ incertū foret vtrū peccaret venialiter an mortaliter. qḋ eſt falſum: q2 tūc incertū foret nunquid talis foret in charitate an extra charitatē. qḋ eſt impoſſibile. ⁊ ↄñam probo: q2 ponat ꝙ aliq̄s exiſtēs in charitate vel nō exiſtēs ī charitate nō eſt cura: diligat creaturā: ⁊ nō cogitet de deo: tunc poſſibile eſt ꝙ ſi cogitaret de deo: ꝑponeret eū tali creature. ⁊ poſſibile eſt ꝙ ꝑponeret creaturam deo: ꝫ contingēs eſt q̄d illoꝝ duoꝝ ꝑponeret. ꝫ cōtingēs ē ſi peccaret mortaliter vel nō. nec poteſt dici ꝙ habitualiter preponeret deum: q2 cōtingēs eſt vtrum actualiter eum ꝑponeret. ergo contingens eſt vtrum ſit in charitate. Et ſi dicat ꝙ ſit exiſtēs in charitate; lʒ diligat creaturā; dū tñ nō co-

gitat de deo:preponit tñ deū habitualiter.
iſtud eſt manifeſte falſum: qꝛ tūc ſequit̃ ꝙ
nullus peccaret mortaliter: niſi qñ actualr̃
cogitaret de deo. ⁊ ita per ꝯñs q̃libet exñs
in charitate/poſſet abſq; pctõ mortali cõ-
mittere qðcūq; malum:dū tñ non actualr̃
Scđo. cogitaret de deo.qð eſt erroneū. Item ſi
eſſet aliq̃s q̃ nullā hr̃et de deo notitiā: qð-
cūq; pctm̃ faceret: vel nõ peccaret ſimplr̃:
vel nõ peccaret niſi venialiter. ꝯñs eſt fal-
ſuꝫ.⁊ ꝯña ꝓbat̃ ſic.qꝛ talis ſi foret:qðcūq;
faciendo aut preponeret deo creaturā: aut
deū creature:aut neutrū. Manifeſtū eſt ꝙ
nõ p̃poneret deū creature: qꝛ nõ diligeret
deū:nec aliquā haberet de deo notitiam ex
caſu.eadē rõne nec p̃poneret creaturam:et
ita p ꝯñs neutrū alteri p̃poneret. ꝫ ex poſi
tione ſequit̃ ꝙ nec peccaret venialiter nec
Tertio mortalr̃.ꝫ nõ peccaret.qð eſt falſum. Itē
q̃libet ſciēter cõmittēs pctm̃ veniale pecca
ret mortalr̃.ꝯñs eſt falſum vt ꝓbabitur.et
ꝯñam ꝓbo:qꝛ q̃libet cõmittēs veniale ſciē
ter/agit ſciēter ꝯ volūtatē dei ⁊ volūtarie.
ꝫ p̃ponit volūtatē ſuā voluntati diuine: ꝫ
p̃ponit creaturā creatori.⁊ ita ex poſitione
peccat mortalr̃:ſꝫ ꝯñs eſt falſum:qð ꝓbat̃
ex hoc ꝙ ꝯiunt ꝯſentiēs in actū ꝯiugalem
cū laſciuie/nõ ꝓpter bona ꝯiugij:⁊ ſciēs ta
lē actū eē pctm̃ veniale ex gñe: peccat ſcien
ter ⁊ nõ mortalr̃:qm̃ excuſat̃ p fidē tori:vt
pꝫ per mgr̃m. ꝫ aliquis põt ſcienter com
mittere veniale ex gñe: abſq; hoc ꝙ peccet
Quar- mortalr̃.ꝫ ⁊c. Itē habeat aliq̃s talem vo
to. luntatem/qua vellet preferre deū omni alij
s deo:cū ſciēter aliqð veniale cõmittat.hoc
eſt poſſibile ſatis:vt pꝫ ex caſu vltimi argu
menti precedentis. tunc talis aut preponit
creaturā deo:aut nõ.ſi nõ:non peccat.ꝯña
pꝫ.primo de libe.ar.c.xxvſ.vbi dicit Aug.
ꝙ peccare nihil aliud eſt q̃ꝫ preponere tpa-
les res rebus eternis.Si p̃ponat creaturā
creatori:arguitur ſic. Iſte plus diligit crea
turam q̃ꝫ deū: ꝫ peccat mortaliter ex poſi-
Quito. tione.ꝙ aūt preponit creaturā creatori:pꝫ
ex hypotheſi. Item ex hac ꝓpõne ſeque
retur ꝙ nullus peccaret mortaliter: quod-
cūq; malū faceret:ſtante volitiõe tali qua
vellet p̃ponere deum omni creature.qð eſt
falſum.⁊ ꝯña ꝓbatur: qꝛ ſtante volitione
illa/preponeret creaturā creatori:vel nõ.ſi
nõ:habeo ꝓpoſitū.ſi ſic:ꝫ ⁊ vult nõ prepo
nere creaturā creatori: ⁊ nolendo preponit
creaturā deo.qð eſt falſum. Ideo dicitur

aliter:ꝙ ꝯſenſus facit peccatū eſſe morta- Reſolu
le.illud eñ qð fit abſq; cõſenſu: ſolū eſt ve tio alte
niale.Sed hoc etiā nõ placet mihi:qꝛ ſicut rius doc.
prius tactū eſt:tūc quilibet conſenſus ĩ pec
catum ſcitū eſſe tale/foret peccatū mortale:
⁊ ita nullus poſſet ſcienter peccare venialr̃:
qð eſt falſum:vt pꝫ de mendacio iocoſo ⁊
in alijs multis. Sꝫ tunc vt prius quilibet
ꝯſenſus in illecebras peccati carnalis/fo-
ret pctm̃ mortale: ſiue in delectationē car-
nalem:quod eſt falſum: vt apparet de actu
ꝯiugali vt prius.⁊ Aug. cõtra Iulianū.iij
c.xiiij.dicit ſic: ꝙ ſi in ꝯiuge fit nõ quidem
contra naturā:ſed tñ ꝙ tabularꝫ matrimo
nialium limitē tranſeat: veniale apud apo
ſtolū reperit̃. Itē pꝫ ſcđo contra Iulianū
c.xvij.vbi exemplificat de peccatis veniali
bus:⁊ ſimilr̃ de igne purgatorio ⁊ diuerſis
alijs locis. Item ex hac ꝓpõne ſequit̃ ꝙ
quodlibet peccatū foret mortale:qð eſt fal
ſum.⁊ ꝯña patet:qꝛ nunq̃ꝫ eſt aliqð venia-
le ſine ꝯſenſu.vt Aug.contra Iulianum lo
quēs cõtra ꝯcupiſcentiā/dicit que ſit cauſa
quare viuimus in hac vita ſine pctõ.⁊ dicit
ꝙ cauſa illius dicti nõ eſt/qꝛ ipſa concupi-
ſcentia eſt peccatum .i. pena peccati: quia
tunc foret iſte ſenſus. nõ ſumus ſine pecca
to.i.non ſumus ſine pena peccati: ⁊ ita ibi
ſumeret̃ pctm̃ ꝓ pena peccati:ſꝫ cā quare
nõ ſumus ſine pctõ:eſt qꝛ nõ ſum⁹ ſine cõ
ſenſu peccati qui eſt culpa: ⁊ reos nos fa-
citnõ ſolū ꝓ eo qð reatu factū eſt.ergo ſe-
quit̃ ꝙ nunq̃ꝫ eſt pctm̃ vel culpa aliqua ſi
ne ꝯſenſu.Vn̄ hec ſunt v̾ba Augu.ibidem
In h̾ bello laborātes q̃ꝫdiu tētatio eſt vi-
ta hoīs ſup terrā.nõ ideo ſine pctõ ſumus
qꝛ h̾ ex eo mõ dr̄ pctm̃.qꝛ reatu factū ope-
rat̃ in mēbris repugnās mētis legi:etiam
nõ ſibi ad illicita ꝯſentiētib⁹ nobis:inquā
tū ad nos attinet:ſine pctõ ſemp eſſemus
donec ſanaret̃ hoc malū:ei nunq̃ꝫ ꝯſenti-
rēm⁹ ad malū.Ecce hic dicit expſſe ꝙ quā-
tū in nobis eſt ſemp ſine pctõ eſſem⁹ ſi cõ-
cupiſcentie nūq̃ꝫ ꝯſentiremus.Ex quo ſe-
quit̃ ꝙ nunq̃ꝫ eſt pctm̃ ⁊ culpa ſine cõſen-
ſu.⁊ addit.In q̃bus inq̃t ab illo rebellāte
et ſi nõ mortalr̃:tñ venialiter vincimur in
his.vñ quotidie dicimus.dimitte nobis
debita nr̄a ⁊c.Ex quo ſequit̃ ꝙ nunq̃ꝫ pec- Reſolu
camus niſi ꝯſentiendo.⁊ ꝙ aliquis eſt ꝯon tio alia
ſenſus venialis ſolū:⁊ nõ mortalis.ꝫ non
põt dici mortale ⁊ veniale per hoc differ-
re/ꝙ cõſenſus facit mortale:⁊ veniale eſt

qđ fit ſine ꝯſenſu. Tum qꝛ nõ oĩs ꝯſenſus
eſt mortalis: tñ qꝛ vtriuſqꝫ oppoſitũ ſequi
tur ex hac poſitiõe. Jđ đr aliter: ꝙ aliq̃s cõ
ſenſus eſt venialis: ꝛ aliq̃s eſt mortalis. Cõ
ſenſus venialis eſt in illud etiam qđ de ſe
eſt malũ: ꝛ ille q̃ fit de ſola correptiõe vo-
lũtatis: ꝛ p̃cedit oẽm deliberationẽ intel-
lectus: ꝛ talis ꝯſenſus đr ꝓprie ſurreptio.
Cõſenſus ſcđo mortalis q̃ fit ex deliberatio
ne rõnis: quo ſcꝫ volũtas cõtẽnit rõnẽ ꝛ
eiꝰ dictamẽ. ꝛ illud eſt de intẽtione dñi Al
Cõtra tiſſio. di. ſup. ij. ſnīaꝝ. q. ꝛ. fere in fine. Sed
primo. adhuc illud nõ videt̃ gnalr̃ eſſe verũ: qꝛ ſꝫm
iſtã poſitionẽ qđlibet ex deliberatione cõ-
miſſum foret mortale pctm̃: qđ tñ eſt falſũ
vt habet̃ exp̃ſſe ĩ canonibꝰ. di. xxv. vnũ ora
riũ. Criminis appellatio al's late pꝫ: cõple-
ctens oẽ pctm̃ qđ ex deliberatione ꝓcedit.
ꝛ paucis interpoſitis dicit ſic. Multa enim
ex deliberatione ꝓcedũt: q̃ niſi ſepius reite
rata ꝛ ĩ ꝯſuetudinẽ fuerint deducta: q̃uis
grauẽt poſt mortẽ: nõ tñ eternaliter ꝑdũt.
ex quo videt̃ ꝙ multa fiũt ex deliberatiõe:
ꝛ tñ ſunt venialia p̃ciſe: ꝛ nõ mortalia: cuiꝰ
Scđo. oppoſitũ dicit poſitio. Siſr ſꝫm hanc poſi
tionẽ ꝯtẽptus eſt cã peccati mortalis. cum
eñ aliq̃s ſciẽter ꝛ cũ deliberatione peccat:
videt̃ ꝯtẽnere: ꝛ talis ꝯtẽptus eſt mortale
ex ſe. ꝛ illud videt̃ eẽ de intẽtiõe dñi Bern.
de diſpẽſatiõe ꝛ p̃cepto. Sꝫ tñ ex hoc ſequi
tur ꝙ quilibet ꝯtẽptus foret mortalis: qđ
nõ apparet verũ: tũc eñ appciatio alicuiꝰ
rei minus q̃ valeat / foret pctm̃ mortale ex
ſe. qđ eſt falſum: vt notũ eſt. ꝛ ꝯña apparet
qꝛ talis appciatio rei minus iuſte foret cõ-
temptus: ſic̃ ꝛ dicit Altiſſio. in. ij. di. xxviij.
q. viij. Item ex hoc ſequit̃ ꝙ nunq̃ aliq̃s
peccaret mortaliter: niſi cũ aliq̃d mali ex de
liberatione cõmitteret. ꝯña apparet ex poſi
tione: qꝛ hoc ſolũ eſt peccare mortalr̃ .ſ. ex
deliberatione malefacere: vt dicit poſitio.
Sed ꝯñs eſt falſum: qꝛ tunc hõ quodcũqꝫ
malũ faceret ex paſſione vehementi: nunq̃
peccaret mortaliter. ꝛ ita multoties poſſet
quis cõmittere furtũ / homicidiũ / ꝛ qđcũqꝫ
aliud malũ ex intentiſſima libidine: abſqꝫ
hoc ꝙ peccaret mortalr̃. imo videt̃ ꝙ nũq̃
incontinens peccaret mortaliter. ꝯña pꝫ:
qꝛ incontinens eſt ille qui ex vehementia
paſſionis egreditur a ratione: vt declarat
Ariſt. vij. Ethicoꝝ. ergo cũ talis nunq̃ agit
ex deliberatione: ſequeretur ꝙ talis nunq̃
peccaret mortaliter; quod non eſt verum.

Alia eſt poſitio: que dicit ꝙ veniale dif- Reſolu
fert a mortali per hoc ꝙ mortale eſt contra tio alia
deũ: veniale ſolũ contra ꝓximũ. Sed hec Cõtra.
poſitio etſi ſit vera: tñ videtur mihi minus
ꝓbabilis: qꝛ manifeſtũ eſt ꝙ omne peccatũ
ſit contra preceptũ dei ꝛ a deo ꝓhibitũ: vt
prius allegatũ eſt expreſſe ꝙ omne pctm̃ ẽ
contra deũ immediate. Similiter ſi aliquis
furatus fuerit a diuitibus notabiliter: ꝛ tri
buat egenis ꝓpter amorẽ dei: ille nõ videt̃
facere principaliter contra deũ: qꝛ totũ qđ
facit / operatur ꝓpter amorẽ dei. immo ma
gis directe videtur agere contra ꝓximum
ꝙ contra deũ: ergo ſic faciendo non pecca-
ret mortaliter. qđ nõ eſt verũ. Ideo vide Reſolu
tur mihi ꝙ oporteat aliã viam inueſtigare tio pro
vnde dicat̃ aliquod pctm̃ mortale: quo ha pria dđ
bito videbit̃ ſequi ꝙ omne pctm̃ quod nõ ctoris.
eſt mortale: eſt veniale. Vñ ſuppono tanq̃
principiũ in materia iſta: ꝙ iuſtitia que re-
quiritur: ſufficit ad ſalutem. Sicut chari-
tas que ab apoſtolo dicit̃ plenitudo legis
ꝛ finis precepti. Diſtinguo igitur de chari- Chari-
tate. Vno modo ſumitur generalr̃ ꝓ qua- tas mlt
cũqꝫ dilectione ſiue carnali ſiue naturali ſi- tifariã
ue ſpirituali: ꝛ ſic inuenit̃ charitas tam in accipit̃
electis q̃ in reprobis: tam in hoĩbus q̃ in
brutis. Alio modo ſumitur ſpecialiter ꝓ di
lectione ſpirituali tantũ: que. ſ. ex dono dei
ꝛ ſpeciale donũ dei: ꝛ hoc ſcđo modo eſt ad
ꝓpoſitum ſolũ. iſta aũt diſtinctio ſumitur
ab Aug. ſuper. j. cañ. Jo. homil̃. ix. in prin.
Item ſumendo charitatem ſcđo modo pro
dilectione ſpirituali: adhuc tripliciter capi-
tur. Vno modo ꝓ illo habitu infuſo: qui. ſ.
eſt donũ: ꝛ preuenit omne meritũ noſtrum
actuale. Iſto modo dicit Augu. ſuper pſal.
cxviij. ꝙ iuſtitia eſt magna virtus animi:
quã nemo facit in hoĩe niſi ſolus deus. et
allegatur a mgr̃o lib. ij. diſt. xxvij. c. j. Alio
modo ſumitur charitas ꝓ actu voluntatis
licito ſꝫm inclinationem talis virtutis. ꝛ il-
lo modo dicitur charitas motus aĩe. Ter-
tio modo ſumitur charitas pro ope extrin-
ſeco procedente a tali virtute ꝛ eius vſu: ſic
ut innuit mgr̃ lib. ij. di. xxvij. c. v. Vbi dicit
ꝙ ex virtute ꝛ libero arbitrio naſcitur mo-
tus bonus: ꝛ exinde bonũ opus ꝓcedit ex-
terius. ꝛ hoc tertio modo ſumit̃ charitas ĩ
euang. Jo. xv. vbi dicit dñs. Maiorẽ cha-
ritatẽ nemo habet vt animã ſuã ponat q̃s
ꝓ amicis ſuis. Ibi enim nõ ſumitur chari
tas ꝓ actu interiori; nec pro habitu: ſed ꝓ

actu extrinſeco: vt dicit magiſter li. iij. diſt.
xxix. in fine. Quõ opus extrinſecum maius
fieri nõ põt ꝑ amico ꝙ̃ ſit illud. His ergo
pmiſſis volo declarare breuiter aliquas cõ
cluſiones. Prima eſt hec: ꝙ habit⁹ charis Cõclo prima.
tatis eſt vita aĩe: ⁊ hoc ꝓprie loquendo de
charitate aĩe. Iſta cõcluſio põt pſuaderi: li
cet nõ poſſet efficaciter demonſtrari: quia
mors aĩe eſt ſeparari a deo: ſicut vbiqꝫ pꝫ
⁊ iõ ſufficit allegare aliculi. iiij. de tri. ca. iij.
vbi diſtinguit Aug. valde diffuſe mortem
corporis a morte aĩe. ⁊ inter cetera dicit ſic
Sicut aĩa deo deſerẽte morit: ſic corp⁹ aĩa
deſerẽte morit. et poſt eodẽ li. c. xiij. Mors
ſpũs eſt a deo deſeri: mors autẽ corporis a
ſpũ deſeri. ſꝫ manifeſtũ eſt apud oẽm theo
logũ ꝙ deus non ſic deſerit aĩam/ ꝙ ab ea
ſeparet: ita ꝙ ipſa aĩa ſit: ⁊ deũ in ſe nõ ha
beat: cũ deus vbiqꝫ ſit: ⁊ nuſqꝫ deſit. et ſm
Aug. de vita btã: oẽs hoĩes tã boni ꝙ̃ ma
li deũ habẽt: licet aliter ⁊ aliter: qꝛ boni pro
pitiũ: mali vero deũ habẽt aduerſum. ergo
nõ põt dici ꝙ mors aĩe ſit a deo ſepari ſim
pliciter: qꝛ ſic foret impoſſibile aĩam mori.
ḡ oportet dicere ꝙ mors aĩe ſit aliq̃ ſpecia
lis ſeparatio a deo: ita ꝙ vita aĩe nõ eſt ipa
pñtia dei abſolute: ſed aliqualis pñtia ſpe
cialis ipſius ſm aliquẽ effectũ eius ſpecia
lẽ: ꝑ quẽ effectũ deus aĩam viuificat. talis
aũt effectus nullus eſt niſi charitas: qꝛ nul
lus effect⁹ ſine charitate valet: vt dicit apo
ſtol⁹. j. ad Cor. xiij. ⁊ ſilr Aug. xv. de trini. c.
xviij. ⁊ ſup. j. cañ. Io. homil. v. dicit ꝙ ſola
charitas diuidit filios regni a filijs perdi
tionis. ḡ oportet ꝙ de⁹ ꝓpter effectũ chari
tatis quẽ cauſat in aĩa: dicat vita aĩe: ⁊ ſic
ꝑ abſentiã ſiue carẽtiã talis effectus dr aĩa
mori. Silr familiare eſt apud theologos ꝙ
de⁹ eſt aliter in reprobis ⁊ aliter in electis:
qꝛ in electis eſt ꝑ pñtiã ⁊ ꝑ ſpũalẽ inhabita
tionẽ. In reprobis autẽ eſt ꝑ pñtiã tm̃: ita
ꝙ nõ ꝑ inhabitationẽ. Nec aũt diuerſitas
eſſendi in iſtis ⁊ in illis eſſe non poſſet: niſi
qꝛ aliqđ donũ ſpũale opat in electis oĩbus/
qđ nõ opat in reprobis. nec tale donũ põt
intelligi niſi donũ iuſtitie et charitas: qđ
ſolũ diuidit filios regni a filijs ꝑditionis:
vt dictũ eſt: ḡ ꝑ illud donũ dr de⁹ electos in
habitare ⁊ aĩam ſpũaliter viuificare: dicẽte
Augu. in ſermone de laude charitatis q̇ ſic
incipit. Diuinarũ ſcripturarũ ⁊c. nec dubi
tari vllo mõ põt ꝙ tẽpliũ dei ſit hõ in q̇ ha
bitat charitas: ḡ ꝑ ꝯñs illud donũ eſt vita
aĩe: ⁊ eius ſeparatio eſt mors aĩe. ⁊ h̃ credo
eſſe verũ. Quõ igit cõiter dr. de⁹ eſt vita aĩe
verũ eſt: ⁊ dꝫ intelligi effectiue: ⁊ nõ forma
liter. ſ. ꝑ ipm donũ charitatis qđ formali
ter eſt vita aĩe. Vñ ſicut in corpalib⁹ rebus
alia eſt pfectio materie prime: et alia ſcđe:
ſicut aliqs actus eſt primus et aliqs ſcđs:
ita imaginor in ꝓpoſito ꝙ ipm donũ cha
ritatis eſt actus prim⁹ anime: quo ſcꝫ ani
ma iuſta ſit in actu primo: ⁊ perfectio ſecũ
da anime ſiue actus ſit opatio ꝓcedens ab
illo dono. Secũda cõcluſio eſt: ꝙ deus ab Cõclo ſecũda
anima vitã non ſubtrahit: niſi aĩa prius vi
tã deſerat. Hec etiã cõclo ſicut pma demõ
ſtrari non põt nec efficaciter pſuaderi: niſi
ꝑ auctoritatẽ beati Auguſtini de vera ⁊ fal
ſa penitentia. vnde ante finẽ dicit ſic. Deus
q̇ ſemel incipit bene facere ⁊c. derelinquim⁹
eum eiuſqꝫ beneficiũ quod omnino noſtrũ
eſt: cũ prius eius ſit inſpirãdo: cogit ex ne
ceſſitate iuſte miſericordie neminem poſſe
prius relinq̃re. non enĩ ſui eſt relinq̃re niſi
relinquẽtẽ ſe. Silr. iiij. cõfeſſi. c. xj. dicit ſic.
A deo nõ deſerit amor: ſi amor ipſe nõ de
ſerit. Itẽ de natura ⁊ gratia dicit ſic. Deus
nõ deſerit niſi deſerat: vt pie iuſteqꝫ viuat.
Itẽ de ſpũ ⁊ aĩa. c. ij. dicit ſic. Semꝑ deus
pſentẽ ſe exhibet: ſemꝑ ſeſe paratũ offert.
Si me paratũ inuenerit: quocũqꝫ vertero
me: nõ me deſerit niſi prius ego eũ deſerã.
Item. xiiij. de ciuitate dei. c. xv. dicit ſic. Ab
anima deſerit vita ſua que illi deus eſt. nõ
enĩ deſerta eſt vt deſereret: ſꝫ vt deſereret
deſeruit. Ad malũ q̇ppe eius prius eſt vo
lũtas eius: ad bonũ ꝟo eius prior eſt volun
tas creatoris. Itẽ Aug. de vera innocẽtia
ꝓpoſitione. ciij. Põt homo inuitus amit
tere bona tpalia: nunq̃ꝫ vero niſi volẽs per
dit diuina. Itẽ de correptione et grã dicit
Aug. ꝙ tale erat adiutoriũ: ſi hõ ille ꝑ libe
rũ arbi. nõ deſeruiſſet deũ: ſemꝑ bon⁹ fuiſ
ſet: ſꝫ deſeruit ⁊ deſert⁹ eſt. Item de corre
ptione ⁊ grã. c. lxvij. Oẽs mali ſupplicijs
iudicãdi ſunt: q̇ grãm dei ſuſcipiũt. Sꝫ tẽ
porales ſunt: nec pſeuerãt: ⁊ deſerũtur. Ex
his ſatis apparet ꝙ nõ pri⁹ de⁹ vitã aĩe q̇
grã ẽ/ ſubtrahit ab ipſa aĩa: ꝙ̃ ipa aĩa deſe Cõtra
rat vitã. Cõtra tamẽ iſtã cõcluſionẽ vidẽs conclu
tur eſſe quedam auctoritates. qꝛ videt ꝙ ſionẽ.
deus ſubtrahit gratiam ſuam anteꝙ̃ ho
mo peccet. Dicit enim Aug. de bono perſe
uerãtie. c. xlv. ⁊ ſimiliter. lxiiij. ſic. Qui obe
ditis ⁊ pdeſtinati eſtis reijciẽdi ſubtrahent

a vobis vires:vt obedire ceſſet₃. Dicvidet
dicere ꝙ ſubtraherent vires ad illum eſſe
ctū:vt ſcʒ ceſſent obedire:ꝛ ita ceſſare ab
obediētia erit effect⁹ ſubtractiōis. ꝑ ſubtra
het prius gr̄a:ꝙ̄ ceſſet obediētia. Silr gl.
ad Ro.primo ſup illō apli. Tradidit illos
de⁹ in paſſiones ignominie. dicit ſic. Sicut
de⁹ apponit gr̄am: vnde inclinat volun-
tas hoīs ad bonū: ita ſubtrahit a ꝗbuſdaʒ
qua ſubtracta īclinat eoꝝ volūtas ad ma-
lū. ex hoc videt īnuere ꝙ prius ſubtrahit
gratia:ꝙ̄ deſerat a volūtate de⁹. Ad hoc
etiā eſt Aug. de gratia ꝛ natura. vbi dicit
ꝛ oſtēdit ꝯ̄ hereticū pctā peccatis vindica-
ri:ꝛ recitat rn̄ſionē quā poſſet dare hereti-
cus:dicēs ꝙ de⁹ ad peccādū non cogit:ſed
dignos deſeri tm̄ deſerit:ꝛ tūc dicit Aug.
ſic. Si hoc dicit:veriſſime dicit. Ad iſta
Rn̄ſio ad auctoritates ꝯ̄ ſecūdam concluſionem rūdeo:ꝛ dico ꝙ iſta ꝛ oīa eis ſimilia debēt
ſic intelligi. deus gr̄am collatam a quibus
ſubtrahit in penam peccati p̄cedētis ꝛ me
rito precedētis peccati:ſubtrahitur ab eis
gr̄a ꝛ eius vſus:ꝛ aliter nō. ꝛ hoc exp̄ſſe pʒ
ꝑ Iſidoꝝ de ſummo bono li.ij.ca.xix. Nō
inqͥ:cum aliqui iuſti ſunt:a deo impellun-
tur vt mali fiant. ſed dū mali ſunt:indurā
tur vt deteriores fiāt. ꝛ poſt ſequitur. Fa-
cit ergo deus quoſdā peccare:ſed in quib⁹
talia peccata preceſſerunt: vt iuſto iudicio
ei⁹ mereātur in deterius ire. Quedā eñ pec
cata de ira dei veniūt:que ꝓ merito alioꝝ
cōpenſant peccatoꝝ. vult dicere ꝙ de⁹ nō
facit hoies deteriores:nec eoꝝ minuit bo-
nitatem:niſi prius hoc meruerūt. ꝛ hoc eſt
quod dicit. Ad hoc etiā eſt ſententia beati
Grego. ꝛ ponit in gloſſa. ad Ro.primo. vbi
prius. Iuſto inqͭ iudicio de⁹ corum peca-
tis eos obnubilat:vt p̄cedētis peccati me-
rito etiā in alia cadāt. Ex quib⁹ pʒ ꝙ deus
nō ſubtrahit gr̄am ab aliquo niſi per me-
ritū ſuum p̄cedēs. ꝛ ꝑ conſequēs pri⁹ ani-
ma deſerit iuſtitiā:ꝙ̄ deus donum iuſtitie
Correlarium ab aīa ſubtrahit. Ex iſta concluſione ſeq-
tur correlarie:ꝙ prius ſaltē naturaliter di-
cit pctm̄ eſſe mortale:ꝙ̄ de⁹ deacceptat il-
lud ad penā eternā: vel ad ſubtractionem
gr̄e. ꝛ hoc ſequit ex eo ꝙ pri⁹ homo deme-
ret gr̄am ſubtrahi:ꝙ̄ de⁹ eā ſubtrahit: vt
dicit cōcluſio. ergo pri⁹ naturaliter eſt pec-
catū mortale:ꝙ̄ gr̄a auferat. ergo non pōt
dici ꝙ ideo eſt mortale:qꝛ deus illud deac-
Tertia ꝯcluſio ceptat:ſʒ magis ecōtrario. Alia concluſio
eſt:ꝙ habita occaſione operandi:vita aīe nō

cōſeruat ſine cura vel zelo iuſtitie. Hoc aūt
demōſtrari non pōt:ſʒ tm̄ ꝑ auctoritates ꝑ
ſuaderi. Eſt aūt ad hoc auctoritas Augu.
enchi.xxſ. vbi dicit ſic ꝙ non ſufficit miſe-
ricordia dei:ſi non adſit volūtas hoīs. hō
enim credere vel ſperare non pōt/ niſi velit:
nec ꝑuenire ad palmā niſi volūtarie currat
ſi nō pōt ꝑuenire ad palmā niſi volūtarie
operet:ꝑ nec pōt conſeruare charitatē ſiue
vitā ſuā/niſi cōformiter opet ad vitā. ꝯn̄a
pʒ ex oppoſito:qꝛ ſi poſſet cōſeruare vitā ſi
ne operib⁹ volūtarijs: ſequit ꝙ poſſet ꝑue
nire ad gloriā ſine talib⁹ opib⁹:cui⁹ oppoſi
tū dicit auctoritas. ꝛ cōſequētia pʒ: qꝛ cui
cūqꝫ charitati correſ̄det glīa ꝛ palma. Idē
etiā pʒ ꝑ Greg. in homil. de pētecoſte. vbi
dicit ſic. Ad voſmetipſos fratres redite. Si
deū vere amatis/exqͥrite: nec tn̄ ſi aliquis
credat ꝗcꝗd ſibi anim⁹ ſine opis atteſtatio
ne rn̄deat. ꝛ ſequit. Nunꝗ̄ amor dei otio-
ſus eſt:operat eñ magna ſi eſt. Si vero re
mittit:nō eſt. Item dn̄s in euā. dicet repro
bis in iudicio finali dānādis/ ꝓ eo ꝙ opa
charitatis nō egerūt. Ite maledicti in ignē
eternū ꝛc. Eſuriui:ꝛ nō dediſtis mihi man
ducare. Sitiui:ꝛ non dediſtis mihi bibere
ꝛc. Idē etiā apparet ꝑ illud qδ dicit Io. in
j.can. ſua ca.iij. Qui inqͭ habuerit faculta-
tes hui⁹ mūdi:et viderit fratrē ſuū neceſſi-
tatē hr̄e:et clauſerit viſcera ſua ab eo: quō
charitas manet in eo? Ubi ſatis apparet ꝙ
charitas in illo caſu nō conſeruat ſine ope
ꝛc. Ad idē facit illud Grego. ſup euā. Mat.
Seruū vnum apportato lucro remunerat:
aliū aūt a bono ope torpētē dānat. Quar Quarta ꝯclo
ta ꝯcluſio eſt de ſignificato huius vocabuli
pctm̄ mortale. et eſt hec in forma:ꝙ ex hoc
ſolū aliꝗd δr pctm̄ mortale:qꝛ eo ſepat aīa
a charitate. Hec videt eē manifeſta ex ter-
minis. qꝛ h̄ ē eē mortale qδ mortē īferre:et
mortē īferre nō ē aliud ꝗ̄ vita priuare. ꝑ cū
vita aīe ſit iuſtitia ſiue charitas: vt dictū ē
in p̄ma ꝯclone:ſeqtur ꝙ idē ē eē pctm̄ mor
tale/qδ aīam a charitate ſepari. Quinta Quīta ꝯcluſio
cōcluſio eſt:ꝙ oē qδ repugnat opib⁹ reqͥſi-
tis ad ꝯſeruationē charitat₃:ipſi repugnat
charitati. Hec pʒ ex tertia:cū eñ charitas
nō cōſeruet ſine opib⁹ ſibi ꝯuenietib⁹:ſeqͭ
ꝙ oē qδ repugnat talib⁹ opib⁹ repugnat
etiā charitati. Sexta ꝯclo:ꝙ nullū op⁹ ex Sexta ꝯcluſio
trinſecū ꝑ ſe repugnat charitati. h̄ pʒ:qꝛ ſi
ſic tūc aliqδ op⁹ foret extrīſecū:ſup quo nō
poſſet fieri diſpēſatio. ꝯn̄a pʒ ꝑ Ber. de pre

cepto ⁊ diſpẽſatiõe: vbi vr̃ dicere ſn̄ialiter
ꝙ ea que per ſe requirunt ad charitatẽ: eti-
am nec ab ipſo deo diſpẽſationẽ recipiunt.
Ex quo ſeq̃tur per oppoſitũ / ꝙ ea que ꝑ ſe
repugnãt charitati: nullo mõ diſpẽſationẽ
recipiũt. Sed manifeſtũ eſt ꝙ ſup quodli-
bet opus extrinſecũ põt diſpẽſatio fieri: vt
apparet ꝑ ꝓceſſum Ber. vbi declarat ꝙ in
oĩbus p̄ceptis ſcðe tabule cadit diſpẽſatio
q̃ tabula mẽtionẽ facit de opib⁹ extrĩſecis:
g̃ ſeq̃tur ꝙ nullũ op⁹ extrinſecũ repugnat
charitati. Ad idẽ eſt vn⁹ ꝓceſſus Aug. ſup
cañ. Jo. homil. vj. vbi videt̃ illud exp̄ſſe de
Septi- ducere: ſed omitto ꝟba ſua ꝓpter ꝓlixita-
ma cõ- tẽ. Septima ꝯclõ: ꝙ nõ q̃libet opatio in
cluſio. trinſeca vitioſa repugnat charitati: q2 tũc
nulla volitio vitioſa foret peccatũ veniale
ex gñe: ⁊ ita velle loqui qñ nõ ꝓſit: ⁊ aliqñ
tacere qñ nõ expedit: vel plus q̃ expedit:
foret ex ſe pctm̃ mortale. ⁊ ita quilibet q̃ lo
quitur plus q̃ opꝫ: vel tacet plus q̃ expe-
dit: peccaret mortaliter. qð nõ videt̃ verũ.
Qz aũt talia ſunt pctã ex gñe: apparet per
Aug. de igne purgatorio: vbi talia multa
Octa- enumerat: q̃ dicit venialia eẽ ex gñe. Octa
ua ꝯclo ua concluſio eſt: aliqð eſt ꝑ ſe peccatũ mor
tale. hec oſtẽditur ſic. Si nullũ foret pctm̃
mortale per ſe: tũc nullũ ꝑ ſe contradiceret
charitati. pꝫ ꝯña ex ſignificato vocabuli hu
ius nõis pctm̃ mortale: ⁊ ex cõcluſione. iiij
⁊ ita qðlibet pctm̃ foret cõpoſſibile chari-
tati: ⁊ q̃dlibet pctm̃ poſſet ſtare cũ charita
te ⁊ dilectiõe fraterna. ꝯña pꝫ de ſe: ⁊ ꝯñs
eſt falſum. ſicut btũs Aug. declarat ex intẽ
tione ſup. j. cañ. Jo. homil. vj. Ubi inueſti-
gat veritatẽ ei⁹ qð dicit apl's in eadẽ cañ.
c. iij. Omnis qui nat⁹ eſt ex deo; nõ peccat
q2 ſemen eius in eo manet: ⁊ nõ põt pecca-
re: qm̃ ex deo natus eſt. Hec enim auctori-
tas vr̃ dicere vt dicit Aug. ꝙ nõ ſit poſſibi
le ꝙ aliquis ex deo natus ſit: ⁊ ſimul cum
hoc peccet: ⁊ ꝑ ꝯñs omnis q̃ ex deo nat⁹ eſt
ſine pctõ eſt. ergo ſequeretur ꝙ null⁹ ex deo
natus ſit. quod eſt falſum. vel ꝙ aliquis ſit
in hac vita ſine peccato. qð eſt cõtrarium
illi quod dicit apl's in eadẽ cañ. c. j. Si dixe
rimus qm̃ pctm̃ nõ habem⁹: ipſi nos ſedu
cimus: ⁊ veritas in nobis nõ eſt. Iſtud du
biũ mouet Aug. ⁊ ꝓ ſolutione dicit ſic ſen
tẽtialiter: ꝙ illa ꝓpoſitio oĩs q̃ nat⁹ eſt ex
deo / nõ peccat ⁊c. nõ debet intelligi vniuer
ſaliter de omni peccato. ſed particulariter
de aliquo certo pctõ: id eſt de aliq̃ gñe pctĩ:
vel de aliquibus pctĩs ⁊ non de omnib⁹: vt
ſit ſenſus: aliquod eſt certum pctm̃ vel cer-
tum genus peccati: quo nullus peccat q̃ na
tus eſt ex deo. ⁊ iſtũ modũ loquẽdi oſtẽdit
homil. vj. per illud dictũ ſaluatoris in euã.
Jo. vbi dicit. Si non veniſſem: ⁊ loquutus
nõ fuiſſem eis: pctm̃ nõ haberẽt ⁊c. Illud
enim dictũ non poteſt ĩtelligi de omni pctõ
generaliter: q2 tunc daretur intelligi ꝙ Iu
dei ante aduẽtũ chriſti fuiſſent innocentes
⁊ per ei⁹ preſentiã facti fuiſſent pctõres: qð
nõ eſt verũ: ideo illud intelligitur de certo
pctõ. ſ. ĩfidelitatꝫ ꝙ in eũ nõ crediderũt: vel
quẽ preſentẽ cõtẽpſerunt. Ita dicit Aug.
In ꝓpoſito hec ꝓpõ / oĩs q̃ nat⁹ eſt ex deo
nõ peccat: intelligit̃ de certo pctõ ſaltẽ ſm
genus. Qui eñ: dicit Aug. in dilectione fra
terna cõſtitut⁹ eſt: certa ſunt pctã q̃ nõ põt
cõmittere: et hoc maxime ne oderit fratrẽ.
vult dicere ꝙ illud gen⁹ pctĩ qð eſt odium
fraternũ: nõ eſt cõpoſſibile charitati. Ex q̃
ſequitur ꝙ odiũ fraternũ eſt ꝑ ſe pctm̃ mor
tale: q2 ſi nõ ſit cõpoſſibile charitati: tũc ex
ſe repugnat charitati: ⁊ ꝑ ꝯñs ex ſe eſt pctm̃
mortale. Itẽ arguit̃ ſic. ſi nullũ pctm̃ foret Proba
ꝑ ſe mortale: tunc q̃libet actus poſſet fieri tur ſe-
ſine culpa mortali: ⁊ ita quilibet actus poſ cundo.
ſet fieri abſq3 hoc ꝙ militaret cõtra chari-
tatẽ: ⁊ ꝑ ꝯñs de omni actu ꝓhibito in quo
cũq3 precepto poſſet fieri diſpenſatio. patꝫ
ꝯña ⁊ falſitas conſequentis ꝑ Berñ. de pre
cepto ⁊ diſpenſatione bene infra principiũ
Ubi dicit ꝙ aliqua opa hũana ſunt ita ne
ceſſaria ad ſalutẽ: vt nulla de cauſa poſſint
etiã ab ipſo deo aliquatenus immutari. et
addit. Sub hoc inquã gñe ẽ oĩs illa ſermo
nis dñi ĩ mõte ſpiritualis traditio: ⁊ q̃cq̃d
de dilectione / humilitate / manſuetudine /
ceteriſq3 virtutibus tã in veteri q̃ in nouo
teſtõ tradit̃ obſeruãdũ. talia enim ſunt di-
cit Berñ. q̃ nec licent nec expediunt aliquã
do nõ haberi omni tp̄e morte cõtẽpta: cu-
ſtodita ſanitate operãtur. ex quib⁹ apparet
ꝙ tales actus ſunt per ſe ⁊ naturalr̃ req̃ſi-
ti ad cuſtodiã charitatis: ⁊ ꝑ ꝯñs eoꝝ ꝯtͥ
act⁹ ꝑ ſe ⁊ naturalr̃ repugnãt charitati: q2
mortẽ operãtur: vt dicit auctoritas. g̃ ex ſe
ſunt pctã mortalia: qð fuit ꝓbandũ. Itẽ Proba
ſi nullũ pctm̃ foret per ſe mortale: tũc vt pri tur ter
us quodlibet mortale ex aliqua circũſtãtia tio.
foret mortale: ⁊ tũc magis videtur verum
de hac circumſtantia: ꝙ eſt cõtra preceptũ
dei. patet conſequentia: q2 amota illa: nul-

lum erit oīno pctm̄. Illud enim quod nō eſt
contra preceptum dei: eſt oīno licitū: et per
ɔ̄ñs ex hoc ſolo dicit aliquod eſſe peccatum
q2 eſt ɔtra preceptū dei: tamē ex circūſtan
tia qua poſita ponit pctm̄: ⁊ qua remota re
mouet pctm̄. ⁊ aſſumptum pꝫ p Augu. de
adulterinis cōiugijs li. j. vbi ſic diffinit. Di
citum eſt qđ nulla lege eſt prohibitū. ergo
ſi aliqua circūſtātia debeat facere peccatū
eſſe mortale: hoc maxime videt de iſta cir
cūſtātia q̄ eſt cōtra pceptū. Sed ɔ̄ñs eſt fal
ſum: q2 tūc cū oē pctm̄ ſit cōtra preceptum
vt prius oſtenſum eſt: ſeq̄ret q̄ omne pec
catū foret pctm̄ mortale: qđ eſt improbatū

Probatur q̄rto. Itē ſi nullū foret p ſe pctm̄ mortale: tunc
ſequit q̄ nullus act9 vitioſus quantūcūq3
inordinat9 foret ex ſe meritū priuatiōis vel
carētie charitatis. ɔ̄ña pꝫ: q2 ex oppoſito ſi
aliqs foret p ſe meritori9 talis priuationis
ille naturaliter repugnaret charitati: et ſe
pararet a charitate: ⁊ ita ex ſe foret peccatū
mortale ex. v. cōcluſione. ſꝫ p̄mū ɔ̄ñs eſt fal
ſum. qm̄ ponat q̄ vellet gratis nō hr̄e cha
ritatē: vel nō eē i charitate: tūc ille mereret
nō eē in charitate: ⁊ non aliūde niſi q2 vult
nō eē i charitate: ḡ nō eē i charitate ex ſe eſt
meritū carētie charitatꝭ. ḡ ⁊c. Qr aūt talis
mereret nō eē in charitate pbat: q2 aliter ſtā
te illa volitione/poſſet eē in charitate ⁊ eē
fili9 regni: ⁊ p ɔ̄ñs gr̄a ſua pri9 collata ſuf
ficeret adulto ad ſalutē: abſq3 ppria volū
tate ⁊ motu pprio ſue volūtatis: imo ɔ̄ vo
lūtatē ſuā: qđ eſt ɔ̄ Augu. enchi. c. xxxi. vbi
ſuperi9 allegatū eſt: vbi dicit ſic q̄ nō ſuffi
cit homini ad ſalutē mīa dn̄i: ſi nō adſit vo
lūtas hoīs. ḡ a multo fortiori vbi volūtas
hoīs eſt diſpoſitione ɔ̄ria ad inchoationē

Probatur qn̄to. charitatis: cuius caſus ponit in propoſito.
Itē ſic. odiū ꝓximi eſt p ſe pctm̄ mortale: ḡ
aliqđ ex ſe eſt pctm̄ mortale. aſſumptū oſtē
dit: q2 aliter eēt poſſibile q̄ exiſtēs in cha
ritate odiret proximū ſuū. ɔ̄ña pꝫ ex hypo
theſi: q2 odiū tale nō repugnat charitati. ſꝫ
ɔ̄ñs eſt falſum: vt apparet p apl̄m. j. Ioā.
iiij. Si qs inq̄t dixerit qm̄ diligo deū: ⁊ fra
trē ſuū odit: mēdax eſt. ḡ nō eſt poſſibile q̄
aliqs ſic odiat fratrē: ⁊ diligat deū ex chari
tate: ḡ odiū fratris eſt incōpoſſibile charita
ti: ⁊ p ɔ̄ñs ſeparat a charitate: ⁊ ita eſt pec
catū mortale ex cōcluſione q̄nta. Illud con
firmat p btm̄ Greg. ſup euā. i homil. pēte
coſtes vbi dicit q̄ nec de9 vere ſine ꝓximo:
nec ꝓxim9 vere ſine deo diligit. ḡ nō eſt poſ

ſibile q̄ exiſtēs in charitate odiat ꝓximū. Euaſio
ḡ ⁊c. Hic dicet forte q̄ odiū ꝓximi nō ɔ̄di
cat dilectioni dei: q2 nec dilectioni eiuſdē ꝓ
ximi. oīs em̄ ꝓxim9 inquātū hō/diligēdus
eſt. ḡ cū oīs poſſit eſſe ꝓxim9: ⁊ ſimul cū hꝫ
pctōr: ſequit q̄ idē ſit ab eodē odiendus et
diligēdus. Sed iſtud nihil eſt: q2 nec ꝓxi- Cōtra euaſionem.
mus eſt odiēdus quantūcūq3 ſit pctōr. nec
eſt idē odire ꝓximū/⁊ odire eū eſſe peccato-
rem. de quocūq3 ꝓximo odiēdū eſt eū eſſe
pctōrē: nec hoc eſt aliq̄ mō odire proximū:
ideo manifeſtū eſt q̄ euaſio nō eſt ad ꝓpoſi
tū: immo ſm̄ rei veritatē nihil ſimpliciter
eſt odiēdū: ⁊ nec diabol9: qm̄ de9 nihil eorū
odit q̄ fecit: vt dicit magiſter li. iij. di. xxxij.
c. j. Sed cū multa odienda ſunt eſſe mala:
nō tn̄ ſequit ex hoc q̄ ſint odienda. ideo re
ſpōſio nō valet. Alia cōcluſio eſt: q̄ aliqđ Cōcluſio nona.
eſt pctm̄ mortale: qđ tn̄ ex ſe nō eſt mortale
Hoc oſtēdit ſic. aliqs actus extrinſecus vo
lūtatis eſt pctm̄ mortale: et nullus talis ex
ſe eſt pctm̄ mortale. ergo aliquid eſt morta
le: qđ tn̄ ex ſe non eſt mortale. maior pꝫ de
adulterio/homicidio/⁊ hmōi. minor ſequi
tur ex ɔcluſione. vj. q̄ fuit hec: q̄ nullū op9
extrinſecū per ſe repugnat charitati. et ſic
arguendo qđlibet mortale ex ſe repugnat
charitati: nullū opus extrinſecū ex ſe repu
gnat charitati: ḡ nullū opus extrinſecū eſt
pctm̄ mortale. iſte modus arguendi habet
in ſcđo mō ſcđe figure. ⁊ prima propoſitio
pꝫ ex ɔcluſiōe. v. que eſt illa: q̄ ex hoc dici
tur aliqđ pctm̄ mortale: q2 ſeparat aīam a
charitate. Habitis his concluſionibus ⁊ Deciſio huius articuli.
ſuppoſitis/ad inueſtigandū pctm̄ mortale
ex ſe ſumo ex prima cōcluſione q̄ vita aīe
nō eſt aliud q̄ donū charitatis ⁊ iuſtitie:
⁊ p ɔ̄ñs mors aīe nō eſt aliud q̄ carētia ta
lis doni in ſubiecto nato. ideo q̄ pctm̄ ſit
mortale pōt eſſe dupl'r. Uno mō q̄ impe
dit ne tale donū ɔferatur. ſic ſpecial'r pctm̄
originale dr̄ mortale. Sil'r eadem rōne qđ
libet actuale in nō renato pōt dici mortale:
q2 ſi originale natū ſit impedire ne tale do
num conferat: multo magis qđlibet actua
le: q2 certum eſt q̄ omne actuale eſt magis
imputabile volūtati q̄ originale. Secūdo
mō dr̄ pctm̄ mortale: q2 impedit vel natum
eſt impedire ne gr̄a iam collata conſeruet.
⁊ iſte modus bn̄ differt a primo: q2 habit9
vitioſus ɔ̄ctus ex origine lꝫ ipediat ne gr̄a
ɔferat: tn̄ ſi collata fuerit: cū ipſo pōt con
ſeruari. eodē modo eſt de multis actibus.

Ideo omne pctm̄ qđ natū eſt ex ſe impedi-
re ne grā prius habita cōſeruet̄: eſt morta-
le ex ſe. tūc ergo arguit̄ ſic ad ꝓpoſitū. Ali-
qđ eſt pctm̄ quod ex ſe eſt mortale: vt dicit
viij. ꝯcluſio: ⁊ nullū opus extrinſecū eſt de
ſe pctm̄ mortale: vt dicit. vj. cōcluſio: ğ ſolū
opus intrinſecū voluntatis eſt de ſe pctm̄
mortale. Itē ſola deſertio grē ſeparat aīaʒ
a charitate/ex prima ſuppoſitione ⁊ prima
⁊ ſcđa ꝯcluſione: ğ omne qđ per ſe ſeparat
aīam a charitate: eſt per ſe deſertio grē. ptʒ
ꝯn̄a ab excluſiua ad vniuerſalē de terminis
tranſpoſitis. ğ ſola illa volitio intrinſeca eſt
per ſe pctm̄ mortale: per quā aīa per ſe de-
ſerit grām ſiue charitatem. Si ergo poteri
mus diſcernere qn̄ anima ꝓprie ⁊ per ſe de
ſerit grām: ⁊ qn̄ nō: apparebit tūc qn̄ act⁹
volūtatis eſt ex ſe pctm̄ mortale ⁊ quando
nō: ſed ſatis manifeſtū eſt apud doctores
⁊ auctores ꝙ qn̄ anima operatur aliquid
mali ex mera infirmitate ⁊ nō ex electione:
nō per ſe deſerit iuſtitiā: nec eſt mala: vt di-
cit Ariſt. v. Ethico. nec etiā quando aliqđ
iniuſtitie ex errore inuincibili operatur: eſt
imputabile. ergo nihil qđ operat̄ ex tali er-
rore vel infirmitate/eſt per ſe pctm̄ morta-
le: niſi illa infirmitas vel ignorantia ſit im
putabilis: hoc eſt per accidens. ğ nullū op⁹
malū factū ee infirmitate vel ignorantia/
eſt per ſe pctm̄ mortale. ğ opʒ ꝙ illud fiat
ſcienter. ꝯn̄a ptʒ: qꝛ quilibet actus volun-
tatis vel fit ex ignorantia: vel ex infirmita-
te: vel ex ſcientia. ⁊ hoc extendendo nomen
ſcientie ad exiſtimationē vel opinionē: vel
ſaltem vocando ſcientiā illud qđ diſtingui-
tur ꝯ ignorantiā. tunc vltra. nō omne ma-
lum ſcienter ꝯmiſſum eſt ex ſe deſertio grē
per ſe ⁊ ꝓprie: ſicut argutū eſt prius. ⁊ ſilr
hoc videt̄ clarum ex alio caſu. ponat̄ ꝙ ali
quis ſciat a eſſe aliqđ peccatum veniale: et
cū tentatus fuerit ad cōmittendum a: iudi
cet ꝙ vitare a nō requirat̄ ad ꝯſeruationē
vite. ğ cū ſit ſolū pctm̄ veniale in hoc caſu:
poteſt ſcienter cōmittere a/abſq͂ hoc ꝙ de
ſerat grām. qꝛ pōt eſſe ꝙ nullo modo vellet
cōmittere a/ſi foret deſertio gratie. ğ pōt
eſſe ꝙ aliquis ſcienter cōmittat pctm̄ veni
ale ſciēs eſſe tale: abſq͂ hoc ꝙ deſerat gra-
tiam. ergo ſequit̄ ꝙ nō omne malū cōmiſ-
ſum ſcienter eſt per ſe deſertio gratie: ⁊ per
ꝯn̄s nec peccatū mortale. Qꝛ aūt in hoc ca
ſu poſſet cōmittere a abſq͂ hoc ꝙ deſerat
grām: oſtēditur ſic. qꝛ cū cōmiſſione ipſi⁹ a
ſtat ꝙ ſi oporteret alterū deſerere: videlicet
grām vel a pctm̄: potius eligeret deſerere
a ꝙ grām. ğ plus diligit grām ꝙ cōmitte-
re a. ⁊ volendo a nō deſerit chriſtū. ğ. ꝯn̄a
ptʒ per dictū Aug. de igne purgatorij: vbi
docet quđ diligere ſubſtantiā corporalem
plus ꝙ oportet/ſit peccatū: ſed tantū venia
le. Aliquando enim qui diligit ſubſtantiā
temporalem plus ꝙ opʒ: ſic tamen vt ſi ne
ceſſe foret/mallet ipſam ſubſtantiā perde-
re ꝙ chriſtū: peccat inquit qui diligit rem
tēpalem plus ꝙ opʒ: ſed tamen venialiter.
qꝛ chriſtū nō deſerit: quem adhuc tenet in
fundamento. Ita in ꝓpoſito poſſibile eſt
ꝙ aliquis ſcienter cōmittat veniale: abſq͂
hoc ꝙ charitatē vel iuſtitiā deſerat. ptʒ ğ
ꝙ omne pctm̄ mortale ex ſe fit ex ſcientia.
nec tamē omne pctm̄ ſcienter cōmiſſum eſt
ex ſe mortale: ğ nō poteſt dici ꝙ circūſtan-
tia ſcientie facit pctm̄ eſſe mortale. Quid ğ
eſt illud quod facit pctm̄ eſſe mortale? pro
certo videtur mihi valde difficile aſſigna-
re: tamen videt̄ poſſe dici ſic: ꝙ illud idem
qđ facit actū voluntatis eſſe deſertionem
grē: facit eundem actū eſſe pctm̄ mortale:
qꝛ idem eſt deſertio gratie ⁊ pctm̄ mortale
ex. v. ⁊. vj. concluſionibus. Videamus ergo
quid ꝓprie requirit̄ ad hoc ꝙ aīa deſerat
gram: ⁊ ex iam dictis poſſumus inferre ꝙ
tunc ſolū ꝓprie ⁊ per ſe deſerit aīa gratiā:
quando ſcienter facit aliquid per qđ exiſti-
mat ſe grām perdere: vel incerta eſt vtrum
grām perdat. Exēplū. ſi aīa iudicet ſe per
actū a perdere iuſtitiā: etiā ſi iuſtū eſt fieri.
⁊ cōmittat a ſcienter: videt̄ ꝙ ꝓpterea de-
ſerit iuſtitiā/qꝛ nō habet curā vel zelū iuſti
tie. ğ tunc perdit iuſtitiā ex tertia cōcluſio-
ne: ⁊ per ꝯn̄s peccat mortaliter. ⁊ ſi ipſe ho
mo dubius vel incertus ſit nūqđ ex cōmiſ-
ſione a perdat grām an nō: ⁊ hoc nō obſtā
te cōmittat a: iterū ꝓpterea deſerit grām:
qꝛ nō zelat ꝓ ea: immo omittit ⁊ renuit cō
ſeruare gratiā: ex hoc ꝙ vult facere illud ex
quo incertus eſt vtꝝ perdat grām. ideo pōt
dici ſic: ꝙ ſolus ille actus voluntatis ex ſe
eſt pctm̄ mortale: quo quis exiſtimat ſe gra
tiam perdere: vel dubius vel incertus ē an
grām perdat. Ex quo ſequit̄ ꝙ ad hoc ꝙ
aliqđ ſit pctm̄ mortale ex ſe: requirit̄ ꝙ ali
quis exiſtimet ſe grām perdere ſiue iuſtitiā
vel incertus ſit nunquid iuſtitiā perdat. Et
ad maiorē declarationē iſtius cōcluſionis
arguo contra eam per aliquas medias. Pri-

R' Cōclu. princi. in b° or ti. intē ta. Arguit̄ ꝯ ꝯclu. princi. primo.

mo ſic. ſola deſertio grẽ eſt pctm̄ mortale: ꝫ
vbi nulla eſt deſertio grẽ: nullum eſt pctm̄
mortale. Sed vbi aliquis operatur qđcūq̄
malū: credens ſe obſequiū p̄ſtitiſſe deo: ibi
nō eſt deſertio grẽ ꝑ vltimā ꝯcluſionem. ꝫ
quodcūq̄ malū faciẽdo: cū tali credulitate
licet erronea/non peccat aliqs mortalr̄. qđ
eſt falſum: qꝛ poſſibile eſt ꝙ cū tali creduli-
tate cōmitteret aliquid qđ ex ſe eſt peccatū
mortale: ſicut odiū fraternum. vt habet ex
Scdo. viij. ꝯcluſione. Scđo ſic. ponat aliqs qui
nullā notitiā hꝫ grẽ nec dei: ſicut ſatis eſt
imaginabile: tūc manẽte eo ĩ illo ſtatu: poſ-
ſibile eſt ꝙ peccet mortaliter. manifeſtum
eſt: qꝛ aliqñ poſſet vnum hoiem interficere
⁊ ſeipm̄: vel aliqđ tale ſcel⁹ opari: ⁊ tñ ma-
nifeſtū eſt ex caſu ꝙ nō exiſtimaret ſe gra-
tiā ꝑdere: nec dubius foret nunq̄d gratiam
perderet: qꝛ nullā notitiā de gratia hr̄et. er-
go poſſibile eſt aliquẽ peccare: abſq̄ hoc ꝙ
exiſtimet ſe iuſtitiā vel gratiā ꝑdere: ⁊ etiā
abſq̄ hoc ꝙ dubius vel incert⁹ ſit nunq̄d
gratiā perdat: ergo illa ꝯcluſio nō eſt vera.
Tertio. Item ponat ꝙ aliqs homo magne lite-
rature ſciat ſe eſſe in pctō mortali: ⁊ grām
perdidiſſe: ⁊ iā nullā in effectu hr̄e: ⁊ iterū
cōmittat aliqđ grande pctm̄: vt ſtuprū vel
blaſphemiā: ⁊ ſciat illud eſſe pctm̄ mortale
tunc non eſt neceſſe vt exiſtimet ſe per illud
pctm̄ gratiā vel iuſtitiā perdere: qꝛ nullam
exiſtimat ſe hr̄e: vel anteꝗ̄ illud committe-
ret habuiſſe: ꝫ per ꝯñs nō peccaret morta-
Quarto. liter illo actu ſcđo: qđ eſt falſum. ⁊ ꝯñs pa-
tet ex vltima ꝯcluſione. Itẽ ex hac ꝯclu-
ſione ſequitur ꝙ nullus peccat mortalr̄: ni-
ſi qui credit ſe male facere: vel incertus eſt
an male faciat. ꝫ ſi aliquis operetur quod-
cūq̄ malū ex paſſione: ſicut incontinens:
qui ex paſſione egreditur a rōne: nō pecca-
ret mortalr̄. ꝯñs ptꝫ: quia talis nullam exi-
ſtimationem habet de peccato vel malitia.
ergo nō ꝓprie deſerit iuſtitiā ſic operādo.
ergo nō peccat mortaliter. ꝯñs eſt falſum.
Quito. Item ſi nullus peccaret mortaliter niſi
exiſtimaret ſe iuſtitiā deſerere: vel incertus
vel dubius foret ⁊c. tunc ſequeret ꝙ nihil
foret ſimplr̄ pctm̄ mortale: niſi cōtemptus
iuſtitie. ptꝫ ꝯña: qꝛ ſic opari eſt iuſtitiā con-
temnere. ⁊ ita vel quilibet contẽptus foret
peccatum mortale: vel aliqs ⁊ aliquis nō.
Non quilibet cōtemptus iuſtitie eſt pctm̄
mortale: quia tunc quilibet cōſenſus in pec-
catū ex deliberatione foret pctm̄ mortale:

cū quilibet talis ſit cōtemptus iuſtitie: vt
videtur. ꝯñs eſt falſum: vt prius fuit oſten-
ſum. Si aliqs cōtemptus iuſtitie eſt pctm̄
mortale: ⁊ aliquis nō: contra: quilibet con-
temptus iuſtitie excludit zelū iuſtitie: ꝫ qli-
bet contemptus iuſtitie eſt pctm̄ mortale.
ꝯña patet ex poſitione. ⁊ añs notum eſt: qꝛ
non ſtant ſimul ꝙ aliquis contemnat iuſti-
tiam: ⁊ zelet ꝓ iuſtitia. manifeſtum eſt ꝫ ꝙ
quilibet cōtemptus iuſtitie excludit zelum
iuſtitie: ⁊ ita eſt pctm̄ mortale. Hic reſpō- S
deo ad primū cū dr̄: ſola deſertio gratie eſt R̄n̄ſio
peccatū mortale ⁊c. vt prius dictū eſt. nunc ad rō-
etiā dico ꝙ ſola deſertio gratie eſt ex ſe pec- nes cō-
catū mortale: nō tñ cōcedo ꝙ ſolū illud eſt clu. ix.
pctm̄ mortale: qꝛ pctm̄ originale nō ꝓprie Ad pri-
eſt deſertio gratie: ⁊ tamen eſt pctm̄ morta- mum.
le. ⁊ ſimilr̄ aliqua ſunt pctā mortalia: quo-
rum nullū eſt ꝓprie deſertio gratie. ⁊ ideo
nego ꝯñam cū arguitur: vbi nulla eſt deſer-
tio gratie: ibi nullū eſt pctm̄ mortale. Sed
vltra pro materia argumenti: cū dicitur ꝙ
ille qui malū quantumcūq̄ graue operat
credens bene facere ⁊ obſequi deo: nō pec-
cat mortalr̄: quia nō deſerit gratiā. negat
ꝯña vt prius: qꝛ poteſt eſſe ꝙ aliqs operet
malū credens obſequiū p̄ſtare deo: lꝫ forte
nō operet intentione obſequendi deo: ⁊ iđ
cū tali credulitate ſtat ꝙ deſerat iuſtitiā ⁊
nō deſerat iuſtitiā. ſi tñ aliquis credens ſe
bene facere ⁊ ſeruire iuſtitie/quātūcūq̄ ma-
lum operet: ſola tñ intẽtione vt ſeruiat deo
ſiue iuſtitie: tunc dico ꝙ ex hoc non peccat
mortaliter: nec illud erit peccatum morta-
le ex ſe: qꝛ tale pctm̄ non excludit zelū iuſti-
tie. immo ſit mere zelo iuſtitie. ⁊ ideo talis
in illo caſu ſi nullā habeat aliunde culpam
nō incurrit culpā mortalem: ex quo nō per-
dit gratiā. ⁊ nota ſuper hoc Aug. ſuper. ſ.
cañ. Io. homil. v. ⁊. vj. ⁊ tñ credat ſic faciē-
do ſeruire iuſtitie: ſed nō facit intẽtione ſer-
uandi iuſtitiā. Itẽ pōt eſſe ꝙ pia intẽtione
alia/vt alicuius cōmodi gratia illud facit
ſolū. ⁊ adhuc dico ꝙ nō peccat mortaliter
ꝓpter eandẽ rōnem: qꝛ. ſ. talis operatio in
illo caſu nō excludit zelum iuſtitie. ſi tñ ſic
credens operet aliqua intẽtione ꝑuerſa: q̄
intẽtio nata ſit excludere zelū iuſtitie: tunc
ex ſe eſt peccatū mortale. ⁊ ita forte fuit de
iudeis qui occiderunt chriſtū ⁊ apoſtolos:
⁊ tamen ſic faciendo credebāt ſe bene face-
re. ꝙ forte ⁊ ſi credebāt ſe bene facere: nō
tñ fecerunt ea intentione ſola vt bene fa-

terent:ſed forte inuidia ⁊ alia intētione p̄/
uerſa:ex qua forte equaliter feciſſent ſi hoc
pacitas. Scdo appetit9 ſenſitiuus põt ſa- ma.
tiari aliquo finito: ḡ ⁊ intellectiu9. ꝯña pʒ: Scda.
q2 appetitus ĩtellectiuus nõ excedit in infinitū ſenſitiuū. ḡ obiectū ſatiatiuū vnius nõ excedit obiectū alteri9 in infinitū. ḡ ⁊c. ꝯña pʒ. añs ꝓbo: q2 nulla creatura excedit

[Scdm] aliã in infinitũ. Scđo eſſentia diuina nõ ẽ ab hoĩe cognoſcibil': ergo nõ ẽ hoĩ fruibil'. ꝯña pꝫ. añs pbat': q: aliqđ ẽ obiectũ maxie proportionatũ ĩtellectui hũano: ergo qcqđ ab illa pportiõe recedit: min⁹ ẽ ab hoĩe cognoſcibile q̃ obiectũ datũ: ergo qđ infinite ab iſta pportiõe recedit: i. infinitũ ẽ min⁹ cognoſcibile: ergo nullo mõ cognoſcibile: ſꝫ de⁹ ẽ hmõi: q: acceptã pportiõe cuiuſcũq; creature ad ĩtellectũ: pportio dei ad ĩtellectũ excedit illã: ſic

[Tertiũ] ut deus excedit illã creaturã. ergo ꝛc. Tertio ſic. Augu. lxxxiij. q. q. xiij. Oĩs hõ q viuit vt vult: btũs ẽ: ſꝫ aliqs pt viuere vt vult: ꝛ nõ videre deũ: hꝫ pbat': q: multi reputãtes impoſſibile eſſe talẽ viſionẽ hr̃e: putauerũt ſe nõ poſſe viuere meli⁹ q̃ vixerũt: ergo vixerũt vt vo-

[Quartum.] luerũt. Quarto ſic: ſi tal' fruitio foret hoĩ poſſibil': poſſꝫ aliqs intellect⁹ creat⁹ ꝯcipe deũ: ꝯñs falſũ: q: ſic vt⁹ finita adeq̃ret vĩ-

[Probatio ſecũda.] tuti ĩfinite. Scđo ſic. q: cognitio vniformit' ſe hñs ĩ ĩtellectu obiecto mutato ẽ cognitio falſa: ſicut notitia q̃ dicit ſor. ſedere ipo ſedẽte: ſi vniformit' maneat erit falſa ipſo ſurgẽte: ergo pari rõe obiecto mutato ꝛ hñte vniformit' ſe cognitiõe cognitio erit falſa: ergo vniformit' cognitiões de eodẽ ſubo: q̃rũ vna eẽt clariſſima: ꝛ alt'a min⁹ clara: nõ pñt eẽ cognitiões eiuſđ obiecti: ſꝫ alt'a erit falſa nõ clariſſima: ergo relinq̃ mõ q̃ oĩs creatu-

[Quitũ] re de deo ẽ cognitio erronea poſſibil' ꝛ defectiua. ergo ꝛc. Quito. cognitio ẽ hoĩs btitudo: q: ꝯtẽplatio vl' viſio ẽ tota merces ſm Aug. ſꝫ viſio pt eẽ falſa: q: ſũt diſtincte res: ergo vna pt ꝯſeruari ſine alia. ergo nõ eſt neceſſaria

[Sextũ] ad btitudinẽ. Sexto ſic. pono q̃ de⁹ det alicui viatori dotes corpis: ꝛ creet ĩ aĩa ei⁹ tm̃ gaudiũ q̃tũ hꝫ mõ Lin⁹ btũs: ꝛ ſil'r cũ iſtis faciat eũ certũ q̃ eũ ĩ illo ſtatu ſp ꝯſeruabit: nõ tñ videat clare eẽntiã diuinã: illđ totũ appet eẽ poſſibile de potẽtia dei abſoluta. q̃ poſtro arguit' ſic. ille hõ ẽ btũs ſine viſiõe dei: igit' btitudo põt eſſe ſine viſiõe. Q ſit btũs pꝫ: q: hꝫ tãtã ſecuritatẽ quãtã hꝫ Lin⁹ q̃ ẽ btũs. ergo ꝛc. Cõſili argumeto pbo q̃ hõ põt eẽ btũs ſine fruitiõe dei p ſolã viſionẽ: q: aliqs põt ꝯſuare viſionẽ ſine fruitiõe: cũ ſint res diſtincte: ꝛ tũc ſic viſio ẽ

[Septimum.] tota merces. Septio ſic: ſi lumẽ intẽſuꝫ ꝛ lumẽ remiſſuꝫ debẽt videri: opꝫ q̃ lumẽ intẽſuꝫ videat' p intẽſionẽ pfectiõis: ꝛ lumẽ remiſſuꝫ videat' p ĩtẽſionẽ remiſſiõis: ꝛ ſic tertiũ lumẽ pfecti⁹ dꝫ req̃rere intẽſionẽ ad huc pfectiorẽ. igit' adhuc lumẽ infinitũ requirit intenſionẽ infinitã: ſed ĩpoſſibile eſt hoĩem recipe intẽſionẽ infinitã: imo ĩpoſſibile eſt aliquã intẽſionẽ eẽ ĩfinitã: ergo fruitio dei clara non eſt hoĩ poſſibilis. Octa-

[Octauum.] uo ſic. eiuſdẽ pfectiõis eſt clare cognoſcere infinita ꝛ ĩfinitũ. ſꝫ clare cognoſcere ĩfinita arguit ĩfinitã pfectionẽ: ergo ꝛc. maior pbat': q: infinita ſi eẽnt: nõ eẽnt maioris pfectiõis deo: ergo nõ eſt maioris pfectiõis cognoſcere ĩfinita deo. Minor pbat': q: accepto vno iſtorũ: illud cognoſcere ẽ alicui⁹ pfectiõis: ꝛ cognoſcere duo eſt maioris pfectiõis: ergo cognoſcere infinita eſt infinite pfectiõis.

[Nonũ.] Nono ſic. ſi fruitio dei eſſet hoĩs btitudo futura: ſequit' q̃ aliqs ĩ vbo videret infinita. ꝯñs falſum. ꝯña pbat': q: viſo vbo clare/eſſentia diuina cognoſcit' in vbo: ſꝫ nõ ẽ maior rõ de vna q̃ de alia: ergo qlibet res cognita deo cognoſcat' ab hoĩe btõ: ergo qlibꝫ ſctũs hꝫ cognitionẽ infinitã. Si dr q̃ nõ opꝫ: q: vbũ eſt ſpeculũ volũtariũ: ꝛ cui vult repñtat. Cõtra. incõtũ ẽ talis eẽntia: intm̃ eſt repñtatiua oĩm. ergo naturalr: ergo nõ eſt in ſua ptãte repñtandi vnũ ꝛ nõ aliud

[Decimum.] intellectui vidẽti eã. Decimo ſic ſic: tũc pt creatura certificari de ſua btitudine. ꝯñs ẽ falſum. ꝯña pꝫ p Au. xiij. de tri. Securitas eſt potiſſima ps btitudinis. ſꝫ falſitas ꝯñtis oſtẽdit': q: talis act⁹ eſt certitudo de ſua pmanentia: ergo nõ poſſet deſtrui a deo: nec btũs poſſet adnihilari: q: da q̃ ſic: tũc illa ſecuritas nunq̃ fuit: ergo ponẽdo q̃ iſte act⁹ ſit ſecuritas: ꝛ q̃ de⁹ poſſꝫ eũdẽ deſtruere: ẽ ponere q̃ de⁹ poſſꝫ facere pteritũ nũq̃ fuiſſe pteritũ. ꝯñs falſum: q:. vj. Ethi. c. ij. recte dixit Agathon. Hoc ſolo priuat' de⁹: q̃ facere nõ põt igenita q̃cũq; facta ſunt.

[B] [Ad primũ ar.] Ad rõnes iſtas: ad pmũ qñ dr q̃ appetitus volũtatis ꝛc. hꝫ ẽ diſtinguẽda: eo q̃ ablatiu⁹ iſte aliq̃ finito põt ꝯſtrui in rõne cãe formal' vel in rõne cauſe efficiẽtis. Si ĩ rõe cauſe formalis: verũ eſt: q: iſte opationes qbus hõ formal'r bñ fruit': ſunt finite perfectionis. ſ. intellectio: volitio: lumen glie: ꝛ oĩa hmõi. Si in rõne cãe efficiẽtis: ppõ eſt falſa: q: nullũ finitũ põt effectiue ſatiare voluntatẽ humanã. Sil'r ad pbationẽ

[D] [Ad primã probationem.] qñ dr: volũtas humana eſt finite capacitatis: q: eſt natura finita. dico q̃ capacitas volũtatis eſt ipſamet voluntas. vnde iſte terminus capacitas ſupponit p volũtate: ꝛ ꝯnotat q̃ poſſit alia a ſe cape. Eſt añt vo luntas capax aliqđ cape dupl'r. Vel ſubie-

ctiue vt ſubiectū capit accñs. Ul' obiectiue
ſiē cogſcēs dr̄ cape cognitū. ⁊ illo mō capa
citas volūtat ē īfinita. nā ſic imaginoꝛ ꝙ
oīs aīa capax ē capax dei. ſȝ p̄mo ē veꝝ ꝙ
capacitas volūtatis ē finita: ħ ē nihil pōt
Ad ſe⸗ cape niſi finitū. Ad ſcḋam ꝓbationē q̄n
cundā. arguit': appetit' ſenſitiu' ⁊c. Dico ſiē pri': ſi
ꝑ añs denoteť circūſtātia cāe efficiētis: ne
go ꝯñaȝ: qꝛ appetit' ītellectiu' ē capax dei
⁊ ſatiabil' ꝑ viſionē diuīe eſſentie: ſenſitiu'
nō. vñ poſſȝ cōcedi ꝙ iſti duo appetit' di⸗
ſtāt ī infinitū: ſiē linea a pūcto: ⁊ tñ vtrūq̄ȝ
I est finitū. Ad ſcḋm dr̄ ꝙ loquēdo de ītel
Ad ſe⸗ lectu ſepato q̄ ī nullo depēdet a corpe cor⸗
cundū. ruptibili ī ſua cognitōe: nō ē dare obiectū
magis ꝓpoꝛtionatū illi vnū ꝙ̄ aliud. ⁊ eo
dē mō ē de aīa vnita corpi īmortali: ſiē erit
ī p̄ria. Et lȝ argumētū ꝓcedit de cognitōe
ſenſitiua vel ītellectiua ī via: nō tñ ī p̄ria.
Uel alr̄ ſic: ꝙ hoī eſt duplex cognitio poſſi
bil': vna ꝑ ſenſū: alia ꝑ ītellectū. In p̄ma co
gnitōe ē dandū maximū ꝓpoꝛtionatū: qꝛ
obiectū aliqḋ maxīe ꝓpoꝛtionatū vt nunc
ſm̄ iſtas circūſtātias ad potētiā ſenſitiuā.
⁊ tūc ꝓcediť vlteri' ꝙ q̄cq̄d recedit ab illa
ꝓpoꝛtiōe: ē min' cogſcibile tali cognitiōe.
ſȝ de' nullo mō ſiē de' ē tāgibil'. ſi loq̄mur
de cognitiōe ītellectiua: ſiue ſit dare maxi
mū ꝓpoꝛtionatū obiectū ſiue nō: nihil eſt
nec ēē pt̄ qḋ ab illa ꝓpoꝛtiōe recedat ī īfi⸗
nitū. vñ iſta ꝓpoꝛtio hȝ magnā latitudinē
ītra quā oēs res finita ⁊ īfinita ꝯtineť; qꝛ
illa ē ꝓpoꝛtio cogſcētȝ ad cognitū: vl' potē
K tie ad obiectū. Ad. iij. dicēdū ꝙ illa auctas
Ad. iij. Aug. oīs q̄ viuit ⁊c. nō ītelligiť de actuali
volitiōe: ſȝ de habituali. vñ oīs q̄ hȝ q̄cq̄d
hr̄e voluerit: ē btūs: ſȝ nō habuit aliq̄s in
L vita iſta vnq̄: cū oīs hō appetat īmortali
Ad q̄r⸗ tatē. Ad. iiij. negať ꝯña. Ad p̄mā ꝓbatio
tum. nē q̄n dr̄: videt deū ſicuti ē. Dico ꝙ aliquo
mō videt deū ſicuti ē: aliq̄ mō nō. nā de' ē
īmaterial': ⁊ act' vidēdi deū ē ſilr̄ īmateria
lis: de' tñ ē ītāgibil' vl' incābil' vel īcreabil'
cū act' vidēdi ſit cāt': iō iſta cognitio cū ſit
īcōplexa: nō ſeq̄ť ꝙ ſit falſa: lȝ nō ſit ḋ deo
Ad. ij. oī mō ſiē de'. Ad ſcḋaȝ ꝓbationē q̄n argu
ꝓbatō itur de notitia manēte vniformit' obiecto
nē q̄rti mutato ⁊c. Dr̄ ꝙ duplex ē notitia: ꝯplexa
⁊ īcōplexa. notitia aūt īcōplexa nec eſt ṽa
nec falſa. ⁊ iō ad mutatiōeȝ obiecti pt̄ fieri
īꝑfecta reſpectu obiecti: ſi obiectū ītelliga
tur: ſȝ nō erit falſa: ſilr̄ de notitia cōplexa.
nā nō oīs variatio circa rē īpoꝛtatā ꝑ ter⸗
minos ꝓpōnis cauſat falſitatē in ꝓpōne.
ſȝ alia ⁊ alia nō. ſiē ſi habeā notitiā ꝙ ſoꝛ.
currit: ⁊ ipe iterȝ ꝯtinue altereť: illa muta⸗
tio nihil facit ad falſificandū ꝓpōnē. ſȝ q̄n
fit mutatio ꝙ nō ē ita ī re vt ꝑ ꝓpōnē de⸗
notať: talis mutatio cāt falſitatē ī ꝓpōni
bus ⁊ ī notitia cōplexa: ſȝ nō ī notitia bti⸗
fica: qꝛ ē notitia īcōplexa: vñ remiſſioꝛ vel
min' clara cognitio lȝ ſit īꝑfectioꝛ: nō ē fal M
ſa. Ad q̄ntū dicēdū ꝙ viſio nō eſt ꝑfecta Ad q̄n
btitudo: ſȝ ē vna ps ipſi' btitudis ſm̄ ima tum.
ginationē. Eſt em̄ iſte termin' btitudo no
mē collectiuū ſignificās aggregationē mlt̄
toꝝ bonoꝝ: īter q̄ vna eſt viſio: ⁊ ſcḋa frui⸗
tio: ⁊ ſic de alijs. Et qꝛ de fctō iſte ptes nō
ſepanť abinuicē: iō ſcti noīando vnū ītel⸗
ligūt oīa. Uñ q̄n Aug. dicit ꝙ viſio ē tota
merces: ītelligit ꝑ viſionē oīa q̄ circūſtant
viſionē: ⁊ nō vnā ptē btitudis tm̄. Ad ſex O
tū q̄n dr̄ ꝙ btitudo pōt eē ſine viſiōe. Dicē Ad ſex
dū ꝙ nō: nec ſine fruitione: nec ſine ſecuri⸗ tum.
tate: delectatiōe ⁊ hmōi. Uñ ꝯceſſo ꝙ ſint
diſtincte res ꝙ de' vnā cōſeruet aliā adni
hilando. Dico ꝙ illud qḋ remanet: nō erit
btitudo. Silr̄ ablata viſiōe a Lino: dico ꝙ
Lin' nō frueretť: lȝ illa q̄litas q̄ fuit fruitio
ꝯſuareť ī mēte Lini. nā ꝑ iſtā hō nō fruiť
niſi p̄ſuppoſita viſiōe. ſiue em̄ ꝯſuata viſio
ne ⁊ adnihilata fruitiōe illa viſio nō eſſet
btifica. Ad iſtḋ argu. ꝯcedit Hibernic' ꝙ
aliq̄s de potētia dei abſoluta poſſet hr̄e il
lum gradū quē vnus hr̄et in patria: ⁊ hoc
eternalr̄: ⁊ ſecuritatē de eternitate illius
gaudij nō fruēdo deo. Sȝ illa r̄nſio mihi
nō placet: qꝛ ſicut p̄us dictū eſt: btitudo ī⸗
cludit eſſentialr̄ multa: eo mō quo dicim'
aggregatū includere multa: quocūq̄ȝ ſub⸗
tracto de aggregato: eſt aliud aggregatū
ꝙ̄ pri': ⁊ ideo cū iſte terminus btitudo im
poꝛtat ſȝ oēs ſctōs nō ſolū gaudiū ſȝ etiā
viſionē intuitiuā dei ⁊ eiuſdē dilectionem
ꝓpter ſe: impoſſibile eſt creaturā rōnalem
eſſe beatā ſine oīb' illis. Preterea q̄r o vtꝝ
talis ſic de potētia dei abſoluta ſciret ꝙ ꝑ
fectio ſue nature cōſiſteret ī fruēdo deo an
nō: ſi ſciret: ⁊ nō fruiť: ḡ nō ē ꝑfecte btūs.
ſi neſciret hoc: ḡ nō haberet ꝑfectā notitiā
ſui. ⁊ per ꝯñs nō eſſet perfecte btūs: ideo
p̄oꝛ reſponſio plus valet. Ad ſeptimū di P
citur ꝙ illud argumentū cōcluderet: ſi ob Ad ſe⸗
iectū infinitū videri deberet appꝛehēſiue: ptimū.
non tamen ſi attingatur: vel alio modo co
gnoſcatur. Silr̄ diciť ꝙ argumētū ꝓcedit

Q de potētia q̄ req̄rit determinatā ꝓportio-
Ad oc- nē in obiecto: ſʒ alia nō. Ad octauū dr̄ ꝙ
tauū. cognoſcere infinita ē dupl'r: vel ꝯfuſe: vel
determinate. Sil'r cognoſcere ē dupl'r: vel
adeq̄te vl' diſſil'r. Dr̄ ḡ ꝙ cognoſcere infini
ta determiate ⁊ īfinitū adeq̄te ſunt eiuſdē
ꝑfectiōis: ſʒ cogſcere īfinitū cognitiōe idi-
ſtincta adeq̄te ī īfinitū deficit a cognitiōe
diſticta finitoꝝ: mō ſicut diſticta cognitio
infinitoꝝ hoim ē īpoſſibilis: ita ⁊ adeq̄ta
R cognitio dei: ⁊ hoc ꝓbat argumētū. Ad
Ad no nonū dr̄ ꝙ ꝟbū nō repreſentat ꝑ modū ſpe
num. ā culi natural'r repn̄tantis: ſʒ cauſat libere ī
vidēte ſe cognitionē quā vult: ⁊ cui⁹ cogni
tionē vult nō cauſat. Vn̄ poſſibile eēt ītel
ligere ꝟbū: ⁊ tn̄ nullā creaturā actual'r in-
telligere: ⁊ eēt nihilomin⁹ btūs quātū ad
ꝑncipalē ptē btītudinis. Vn̄ nego ꝙ eſſen
tia diuīa natural'r repn̄tet creaturā ītelle-
ctui btō: ſʒ tm̄ volūtarie: q: eſſentiā diuinā
repn̄tare creaturā nō eſt aliud niſi cāre no
titiā illi⁹ creature ītellectui. ⁊ nō pl⁹ creat
S de⁹ talē notitiā natural'r ꝙ̄ lapidē. Ad vl
Ad de timū dr̄ cōcedēdo ꝙ btūs hʒ ſecuritatē de
cimū. ſua btītudine: q: credit ꝙ ſemꝑ erit btūs:
⁊ ita ē ꝙ ſemꝑ erit btūs: ſcit tn̄ bn̄ ꝙ poſſi
bile eſt ꝙ nō ſit btūs. Vn̄ btm̄ eē certū de
ſua btītudine pōt dupl'r ītelligi. Uno mō
ꝙ ſciat ſe eſſe btm̄: ⁊ ꝙ īpoſſibile eſt eū nō
eē btm̄. Alio mō ꝙ ſciat ſe btm̄: ⁊ poterit
al'r eē: ſʒ tn̄ ꝙ al'r nō erit. Pria certitudo ē
impoſſibilis creature: cū ſit impoſſibile ꝙ
creatura maneat niſi a deo ꝯſeruet: īpoſſi-
bile eſt deū al'r quālibʒ ꝯſeruare creaturā:
ſʒ ſcdo mō creatura ē certa de ſua btītudi-
ne. Ulteri⁹ ad argumētū cōcedēdū ꝙ act⁹
ille q̄ eſt mō ſecuritas: pōt nō eſſe ⁊ nunꝗ̄
fuiſſe ſecuritas. Sʒ ex hoc nō ſeq̄t ꝙ deus
pōt facere p̄teritū / nūꝗ̄ fuiſſe p̄teritū. vn̄
demōſtrato actu q̄ ē mō ſecuritas ī mēte
Lini: iſte act⁹ pōt nō eē: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ita pōt eē
ꝙ iſte act⁹ nūq̄ʒ fuit. tn̄ impoſſibile eſt q̄n
iſte actus fuit. Sʒ de talib⁹ pleni⁹ patebit:
q̄n aget de futuris ꝯtingentibus.

T **Tertius articulus eſt re-**
Ad pri ſpondere ad rōnes. Primū ꝑncipale rēdit
mū pn. ꝑ q̄tuor formas ad ꝓbandū ꝙ vna ꝑſona
Ad pri in diuinis dʒ diligi plus ꝙ̄ alia. Dicendū
mā for eſt ꝙ nō. Ad p̄mā formā q̄n arguit ꝙ fili⁹
mam. dʒ diligi: q: fili⁹ eſt redēptor. Cōcedo: ſʒ ita
dʒ diligi pr̄ ſiue ꝓpt̄ eādē cām: videlʒ ꝙ fi
lius ē redēptor. nā ꝙ fili⁹ redemit: equal'r
fecit pr̄ ſicut fili⁹: ſʒ nō ſit ſtricte loquendo
redēptor. redēptionē miſit populo ſuo. Et
ad auctem Bern̄. alioꝝq̄ʒ ſctoꝝ. veꝝ eſt ꝙ Ad cō-
in ſuis cōtēplationib⁹ magis valent ad de firma.
uotionē ꝙ̄ ad diſputationē. Vn̄ ad excitā-
dū affectū vtunt̄ locutionib⁹ figuratiuis:
⁊ dimittūt locutiōes cōfuſas. Cōcedo aūt
ꝙ op⁹ redēptiōis reddit chriſtū ſuꝑ oīa di
ligendū: ⁊ pl⁹ ꝙ̄ op⁹ creatiōis. ⁊ dico ꝯſe
quēter ꝙ ſicut reddit amabilē: ita ⁊ p̄rem
eq̄liter amabilē: ⁊ .ſſ. ſil'r. Et q̄n dr̄ ꝙ op⁹ re
dēptiōis ⁊c. capiendo redēptorē ſtricte. ſ.
ꝓ ꝑſona q̄ patiēdo redemit. Dicēdū ꝙ nō.
imo illud op⁹ fuit eq̄ cātū a ꝑſona pris et
.ſſ. ſicut a ꝑſona filij: ⁊ ita eq̄l'r reddit oēs
diligibiles: cū oēs vnus fuerint redēptor:
extendēdo nomen redēptoris ad facientē Ad ſe-
vel cauſantē redēptionē. Ad ſcdm de btā cundā.
ꝟgine dico ꝙ oī rōne qua debuit diligere
filiū ſuū: debuit etiā diligere patrē et .ſſ.
non tn̄ debuit diligere patrē aut .ſſ. q: aut
pater aut .ſſ. fuerit filius ei⁹: ſʒ q: vnū ſunt Ad ter
pater ⁊ .ſſ. ⁊ is q̄ fuit filius ſuus. Ad ter- tiam.
tium de duplici p̄cepto de diligendo chri-
ſto ⁊c. pōt dici ꝙ ſcdm p̄ceptū ē ſolū de hu
manitate chriſti: nō de diuinitate chriſti: ⁊
illud p̄ceptū nō obligat hoiem ad diligen
dū obiectū ipſius p̄cepti: quantū obligat
p̄mū p̄ceptū ad diligendū obiectū cadens
ſub illo p̄cepto. Vn̄ cōſequēter dico ꝙ de-
buit diligere filiū: q: de⁹ fuit ⁊ q: hō: non
tn̄ plus ꝓpt̄ vtrūq̄ʒ ꝙ̄ ꝓpt̄ primū tm̄. vn̄
nō ſequit̄: plurib⁹ p̄ceptis teneor diligere
chriſtū ꝙ̄ patrē: igit̄ teneor chriſtū pl⁹ di-
ligere ꝙ̄ patrē. Al'r pōt dici ꝙ ly plus pōt
determinare ly teneor vel ly diligere ī hac
ꝓpōne: teneor pl⁹ diligere filiū ꝙ̄ patrē. p̄
mo modo eſt vera: quia plurib⁹ p̄ceptis ob
ligor. ſcdo mō falſa: q: nō teneor ſibi mai⁹
velle nec intēſius velle. Ad quartā formā Ad q̄r
ꝯcedo ꝙ hō magis tenet̄ diligere filiū ꝙ̄ tam.
angelus ꝓpt̄ icarnationē: eodē mō quoq̄ʒ
magis tenet̄ diligere patrē ⁊ .ſſ. ꝙ̄ angel⁹
ꝓpter eandē cām: ſicut ſuperius dictū eſt.
Ad ſecundū ꝑncipale q̄n querit̄ vtrū hō V
tenet̄ diligere deū finite an īfinite: dico ꝙ Ad ſe-
iſta aduerbia pn̄t determinare actū diligē cundū.
di rōne act⁹ vel rōne boni voliti. nā q̄cūq̄ʒ
diligit aliq̄d: vult dilecto bonū aliquod. ſi
primo mō: tunc tenet̄ hō diligere deū fini
te tm̄. ſi ſcdo mō: infinite: q: tenet̄ ſibi vel-
le bonū infinitū: videlicet beatitudinē di-
uinā. Et ad Bern̄. quando dicit ꝙ modus

diligēdi deū eſt diligere ſine mō. Pꝫ: qꝛ 𝔥 verbū ē exatamētū deuotiōis: nō enūtiatiuū ſitat: vt ly ſine mō determiat bonū qd debem⁹ deo optare: qd ē bonū ſine mō ⁊ ſine mēſura: qd eſt bonū infinitū.

X Ad tertium.

Ad tertiū pōt dici ꝙ capiēdo hoīem viatorē i certa diſpōne ⁊ certis circūſtātijs: hō talis pōt diligere deū quātū pōt illis circūſtantijs nō augmētatis: ita ꝙ amplius vel pfectius nō pōt iuxta viā expoſitā i pmo articulo qn̄ dicebat ponat in eſſe. ⁊ qn̄ infert: ḡ iplet pceptū ſicut iplebit in patria. nego ꝯñam: qꝛ quātūcūqꝫ diligat: diliget min⁹ intenſe ꝙ̄ faciet in patria: ⁊ tn̄ diliget inquātū pōt nunc. idō iplebit pceptū in plenitudine viē nō in plenitudine patrie.

Y Ad quartum.

Ad quartū ꝯcedo ꝙ obligat hō diligere deū plus ꝙ̄ ſe. ⁊ qn̄ arguit ꝙ 𝔥 eſt ipoſſibile: qꝛ ſeipm nō pōt hō nō diligere. Dicēdū ꝙ ſi loquamur de dilectiōe actuali: q eſt act⁹ elicit⁹ a volūtate cognoſcēte actualr obiectū dilectū: manifeſtū ē ꝙ hō pōt ſe nō diligere: ſicut pōt ſe nō cogitare. Sīlr ad formā qn̄ arguit: ſeipſ nō pt nō diligere: deū pōt nō diligere: ḡ magis diligit ſe ꝙ̄ deū. Forma arguēdi nō valet: niſi ly magis ſit idē qd firmi⁹. ⁊ ſic ꝯcluſio eſt ꝯcedēda. Un̄ dꝛ coiter ꝙ mag' aliqd alio diligi dꝛ multiplr. pmo mō qꝛ firmi⁹ diligit. ſcdo mō qꝛ intēſiori actu elicito. tertio mō qꝛ magis bonū ſibi optat. pmo mō hō nō tenet magis diligere deū ꝙ̄ ſe: nec ſcdo mō: qꝛ eq intēſo actu pōt licite diligere deū ⁊ creaturā: ſꝫ tertio mō dꝛ homo magis diligere deū ꝙ̄ ſe: ⁊ ſic magis etiā tenet diligere humanitatē chriſti ꝙ̄ ſe.

Z Ad ſecundā formā.

Ad ſcdam formam qn̄ arguit: eſſe beatū nō eſt de⁹: ⁊ illud ꝓpter ſe amat ⁊c. Pōt dici ꝙ eſſe btm̄ includit habere deū ⁊ frui deo: ⁊ rōne illius incluſi diligit ꝓpter ſe: ⁊ ꝓpter ſe appetit. ſuper hoc tamē ſtatim mouebitur queſtio qd ſit obiectū imediatū fruitionis.

A Qō. vij Primū princi.

Queritur vnū obiectū fruitiōis beatifice ſit deus an aliud a deo? Qꝫ aliud a deo pbo: qꝛ idē eſt obiectū fruitionis beatifice qd eſt obiectū deſiderij viatoris. 𝔥 pꝫ: qꝛ illd qd viator ſūme deſiderat: dabit ſibi ꝓ mercede: ſed obiectū deſiderij viatoris nō eſt de⁹. cui⁹ pbatio eſt: qꝛ deſideriū ē reſpectu nō habiti. Un̄ ſi qrat a viatore qd deſideret: rñdet: deſidero hr̄e deū: vel videre deū: vel frui deo: ſed nullū illoꝝ eſt de⁹: ḡ obiectū fruitiōis eſt aliud a deo.

B In oppoſitū.

Ad oppoſitū. illud eſt obiectū fruitiōis qd eſt ꝓpter ſe ſup oīa diligēdū: tale nō ē niſi de⁹: ſicut pꝫ p b. Aug. i. de tri. c. viij. et ix. ḡ ⁊c.

Deciſio qōnis.

In iſta qōne duo faciā. primo deſcribā duas vias in articulo ꝯcluſionis: et rñdebo ad motiua eaꝝ. ſcdo dicā aliter ad queſtionē.

Probatio prima. Opinio prima.

Quātū ad primū eſt vna opinio q ponit ꝙ obiectū immediatū fruitionis eſt ipa viſio quā hꝫ ipſe btūs ad deū: ⁊ nō ipe deus. Quā pbat magr pmo ſic. delectatio eſt de iſta viſione: delectatio eſt fruitio: ḡ fruitio eſt de iſta viſione.

Scda

Scdo ſic. ſicut fruitio ſe hꝫ in via ad ſuū obiectū ſic fruitio in patria ꝓportionabilr: ſꝫ fruitionis in via obiectū ⁊ cā eſt intellectio: et nō res extra: ḡ eodē mō obiectū ⁊ cā fruitiōis in patria erit viſio vel cognitio: ⁊ nō de⁹ imediate.

Tertia

Tertio ſic. deus nō eſt obiectū fruitiōis niſi qren⁹ cognit⁹: ḡ imediatū obiectū fruitiōis eſt cognitio.

Quarta.

Quarto ſic. deſideriū eſt reſpectu cōpleti ⁊ nō reſpectu incōpleti: ſicut hō nō deſiderat vinū: ſꝫ deſiderat bibere vinū: ergo hr̄e vinū: de⁹ aūt nō eſt aliqd cōpletū: ḡ ⁊c.

Quīta

Quinto ſic. deſideriū eſt reſpectu futuri: ſꝫ deus nō eſt futur⁹: ergo ⁊c.

Scda opinio

Alia opinio eſt. ꝙ actus beatific⁹ ē viſio ⁊ fruitio: nec tn̄ illa viſio hꝫ deū ꝓ obiecto imediato: ſꝫ act⁹ videndi deū. Un̄ actus beatificus eſt vnus actus reflexus. Nā ideo dr creatura rōnalis beata: nō qꝛ videt deū: ſed qꝛ videt ſe videre deū: ⁊ diligit ſe diligere deū.

Probatio prima.

Hec opinio pbatur multiplr. pmo ſic. in actu beatifico perfectiſſimo ꝯſurgit beatitudo: ſed hmōi actus eſt act⁹ reflexus. qꝛ ſicut dicit viij. phyſi. poſteriora gn̄atione ſunt priora perfectiōe: ſed actus reflexus eſt poſterior gn̄atione actu recto: ḡ pfectior. ⁊ ſic p actū pfectiſſimū diſtinguit potentia imaterialis a materiali. ſꝫ hmōi actus eſt reflexus: qꝛ potētia imaterialis: nō ergo illud eſt pfectius qd hꝫ actū reflexū: ergo in illo ꝯſiſtit beatitudo.

Scda

Scdo ſic. actus reflexus magis quietat ꝙ̄ act⁹ rectus: qꝛ hō videt deū deſiderat videre: ⁊ qn̄ videt ſe videre: non deſiderat vlterius.

Tertia

Ex quo arguit ſic. Illud qd vltimo quietat: eſt actus beatificus: ſed illud eſt actus reflexus quo hō videt ſe videre deū: qꝛ tunc cōplete ſatiat ei⁹ appetitus: ergo ⁊c.

Quarta.

Quarto ſic. ille actus eſt beatificus quē maior ſequit delectatio

ſed maioꝛ delectatio ſequitᷣ actū reflexū ꝙ̄
actū rectū. Quod ꝓbatur per illud .x. ethi.
vbi dicitur ꝙ delectatio ſentit ſe hr̄e ſenſi-
bilitatē: ſed nullus pōt ſentire ſe hr̄e niſi p
Quīta actū reflexū. ergo ⁊c. Quinto. actus refle-
xus includit in ſe tam actū rectū ꝙ̄ ei⁹ ob-
iectū: ſicut viſio qua video me videre lapi-
dem: ſi tn̄ aīa talis apphendit tam viſionē
ꝙ̄ lapidē: viſio ergo eſt pfectioꝛ actu recto
Sed ſicut frequēter acceptū eſt: in pfectiſ-
E ſima cognitione ꝯſiſtit beatitudo: g̃ ꝯſiſtit
Cōtra in actu reflexo. Sed neutra illaꝝ opinio-
ambas num eſt vera: nec cōſona mēti beati Aug.
opi. Unde ꝫ pꝛimam arguitᷣ dupliciter. Pꝛimo
ſic. ſi illa eſſet vera: ſequeretᷣ ꝙ aliq̇d aliud
a deo eſſet ſup oīa diligendū. ꝯn̄s falſum.
ꝯn̄a ꝓbatᷣ ex hypotheſi opinionis. nā viſio
eſſet imediatū obiectū. Falſitas ꝯn̄tis ꝓ-
batur: qꝛ omne aliud a deo eſt ꝓpter deū
finaliter diligendū. Silr̄ ⁊ eſt ꝫ btm̄ Aug.
dicentē .j. confeſ. c. j. ꝙ nihil aliud pōt ſa-
tiare coꝛ noſtrū. Feciſti nos inquit dn̄e ad
te: ⁊ inquietū eſt coꝛ noſtrū donec requieſcat
in te. Cōtra ſcd̄am arguitᷣ ſic. nā ſequitᷣ
ꝙ viſio ſolius dei nō ſufficeret ad beatifi-
candū hoīem ſine cognitione alicuius crea-
ture. ꝯn̄s eſt ꝫ Aug. j confeſ. c. iiij. Btūs q̇
te ſcit: ⁊ ſi alia neſciat: q̇ ⁊ te ⁊ alia nouit:
nō ꝓpter hoc beatioꝛ: ſed ꝓpter te ſolū be-
Cōtra atus. Sed ꝫ dictā rōnem ꝙ nec rō iſta
rōnes. nec auctas mouet: qꝛ ꝯn̄s nō eſt impoſſibi-
le: immo verū. Nam impoſſibile eſt ꝙ de⁹
beatificet creaturā ſine notitia ſui: hoc eſt
ipſius eſſe: vel ſine notitia actus beatifici.
Silr̄ niſi appꝛehendat ſummū gaudium ⁊
ſummā ſecuritatē. Hmōi auctas eſt Aug.
v. confeſ. licet nō de beatitudine patrie: ſed
de bonitate moꝛali quā chꝛiſtianus dꝫ hr̄e
in via. Eius p̄miū eſt videndo: ſicut dicitur
Mat. v. Beati paupes ſpiritu. vnde loqui-
tur Aug. ibidem de ſcientijs ſecularibus:
⁊ ſpecialr̄ de aſtrologia ⁊ cognitione ſenſi-
tiua. Et vult dicere lꝫ hō ſciat iſta: ⁊ igno-
ret legē chꝛiſtianā: infelix eſt: qui vero iſta
nouit ⁊ deū ſilr̄. i. legē dei: ⁊ gloꝛificat deū:
iuxta iſtā cognitionē beatus eſt: nō ꝓpter
illā ſcientiā: ſed ꝓpter cognitionē dei. hoc
eſt beatitudinē cōſequitᷣ: nō ꝓpter ſciētiā
taliū rerū: ſed pꝛopter legē dei obſeruādā.
Et ideo illa auctoꝛitas nō loquitᷣ de cogni-
tione dei beatifica in patria: ſed de cogni-
tione enigmatica hic in via tātū. Scd̄o ar-
guitur ſic. ſi btitudo cōſiſteret in actu refle-
xo: ſequitᷣ ꝙ btūs vel eſſet nō btūs: vel ha-
beret actus reflexos infinitos. ꝯn̄a ptꝫ: qꝛ
ſicē qn̄ hꝫ actū p̄mū ꝯceptiuū q̇ videt deū:
nō eſt pfecte btūs: donec hēat actū reflexū
q̇ eſt pfectioꝛ illo: ita nec qn̄ hꝫ iſtū actū re-
flexū: erit pfecte btūs: donec hūerit actum
reflexū reſpectu illi⁹ q̇ dꝛ pfectioꝛ illo. ꝙ q̄
rōne act⁹ p̄m⁹ dꝛ pfectioꝛ reflex⁹ illo actu
recto: qꝛ includit pfectionē actus recti: ita
alius reflexus eſt pfectioꝛ actu p̄mo refle-
xo: ⁊ eodē mō ali⁹ reſpectu iſti⁹: ⁊ ſic in infi-
nitū. Et ſequitᷣ ꝙ vel nō erit pfecte btūs:
vel hēbit act⁹ īfinitos: qd̄ ē īpoſſibile. Ter-
tio ſic. ſi act⁹ reflex⁹ ē pfectioꝛ recto: q̇ritᷣ a
q̇ hꝫ illā pfectionē: an ab obiecto an a po-
tentia: nō a potētia: qꝛ eadē ē. nec ab obie-
cto: qꝛ obiectū act⁹ recti ē infinite pfectio-
nis: g̃ nulli⁹ act⁹ obiectū ē eo pfecti⁹: g̃ fun-
damentū iſti⁹ poſitionis eſt falſum: ꝙ act⁹ D
reflex⁹ ſit pfectioꝛ actu recto. Ad p̄mū ar- Ad pri-
gumētū qd̄ ē: delectatio ē ex ꝯiūctiōe ꝯue- mum
niētiſ cū ꝯuenienti: qd̄ ē delectatio ⁊ ꝯiūctio Prime
btī ad deū. Cōcedo: qꝛ viſio vl̄ cognitio bū opin.
ē cā fruitiōis: ſꝫ nō ē obiectū qd̄ diligitᷣ p
iſtā fruitionē: nec argumētū h̄ ꝓbat. vn̄ qn̄
accipitᷣ: delectatio ē de viſiōe: ē q̄ſi oro trū-
cata: ⁊ dꝫ pfici addēdo terminū denotantē
obiectū viſiōis: qꝛ delectatio ē de viſiōe dei
h̄ ē cauſatᷣ de deo viſo. Ad ſcd̄m facile eſt E
rn̄dere: ꝙ. ſ. nō pl⁹ ꝯcluditᷣ niſi ꝙ cognitio Ad ſe-
ē cā fruitiōis ſaltē pꝛialᷣ: tā ī via ꝙ̄ ī p̄ria: cundū.
⁊ h̄ eſt verꝝ. Ad tertiū ꝯn̄a nō valet: ſicut F
nō ſequitᷣ: ſoꝛtes nō ē dilect⁹ a me niſi qꝛ co- Ad ter-
gnitus: g̃ obiectū dilectiōis mee ē cognitū tium.
ſoꝛ. ⁊ nō ſoꝛ. Ad q̄rtū qn̄ dꝛ ꝙ deſideriū re- G
ſpectu cōplexi: dico ꝙ h̄ ē falſū: qꝛ ego hēo Ad q̄r-
qn̄ mihi placet foꝛmare ī mēte mea: ⁊ deſi- tum.
deriū ē reſpectu nō hiti: vl̄ nō eo mō hiti q̇
deſiderat: ſic cōitᷣ ſumitᷣ dato ꝙ obiectū de-
ſiderij nō pt ſigri ꝯueniētᷣ p orōnē ꝯplexā:
ita ꝙ talᷣ locutio ſit ꝯueniēs: deſidero vide-
re deū: vel hr̄e deū: vel dicere ꝙ tm̄ de⁹ ſit
p̄ncipale obiectū hui⁹ deſiderij: ⁊ viſio ſecū-
dariū: ita ꝙ deſiderat hr̄e vnā viſionē: ⁊ ꝙ
de⁹ ſit obiectū illi⁹ viſiōis: ⁊ ꝓpᷣ eū ſolū de-
ſideratᷣ illa viſio: ⁊ iō p̄ncipale obiectū illi⁹
viſiōis ē de⁹. Ad q̇ntū ꝙ deſideriū aliqn̄ H
eſt reſpectu futuri: ⁊ aliqn̄ reſpectu p̄ntis. Ad q̇n-
nā aliq̇s aliqn̄ deſiderat fic⁹ vl̄ poma qn̄ nl̄- tum.
la ſūt: ⁊ aliqn̄ deſiderat ea corā ſe ī arboꝛe
p̄ntia: pꝫ qꝛ deſiderat ea hr̄e: ⁊ cōedere ea.
Et eodē mō ꝯcedēdū ē ꝙ deſideram⁹ vide-
re deū: ſꝫ ꝓpter deū: ⁊ nō ꝓpᷣ viſionē ī ſe.

I Ad primū alteri⁹ opinionis: ꝙ act⁹ reflex⁹
Ad primū ſecunde opin. nō eſt magis ꝑfect⁹ in btitudine ꝙ̄ actus
rect⁹. Nā adhuc ē dubiū an ſit act⁹ ali⁹ re
ctus ⁊ reflexus: ⁊ de hoc dicet̄ īfra. Dato ꝙ
ſit ali⁹: dici poſſꝫ ꝙ nō erit ꝑfectior. Et ad
dictū ꝓbi dicēdū ē ꝙ aliqñ ē verū: ⁊ aliqñ
eſt falſū. nā pri⁹ ꝓducit̄ aīa itellectiua: po
ſteri⁹ accidētia q̄ recipiunt̄ in aīa .ſ. cogni
tiōes: habit⁹: ⁊ paſſiōes. ſꝫ ponēdo plures
formas: verū ē aſſumptū: ꝙ ꝑfectior forma
K poſteri⁹ īducit̄: ⁊ p̄cedētes ſūt diſpōnes ad
Ad ſecundū. illā. Ad ſcd̄m dico ꝙ potētia materialis
diſtīguit̄ ab īmateriali ꝑ actū rectū vel re
flexū: nec ecōuerſo: qꝛ q̄cūq̄ res diſtinguit̄
ab alia: diſtinguit̄ ꝑ ſeipam. ⁊ ꝯcedit̄ ꝙ h̄ ē
ꝓpriū potētie imateriali: ꝙ poſſit cognoſ
ſcere actū ſuū: ſꝫ ex h̄ nō ſequit̄ ꝙ act⁹ quo
cognoſcit actū ſuū: erit ꝑfectior quocūq̄
L alio actu. Ad tertiū qñ arguit̄ ꝙ act⁹ re
Ad .iij. flexus magis q̄etat appetitū. Dico ꝙ hoc
eſt falſum. nec ſequit̄: magis q̄etat̄ intelle
ctus qñ videt ſe videre deū: ḡ magis quie
tat̄ ꝑ actū iſtū: qꝛ efficacius multo cauſat̄
illa q̄etatio ab obiecto ⁊ ab actu recto: licꝫ
nō cōplete cauſet̄ donec h̄eat̄ tal̄ act⁹ refle
xus. vñ cāſalitas illius quietationis potiſſi
mū debet̄ obiecto. Ad q̄rtū ꝙ maior dele
M ctatio ſequit̄ ad actū reflexū. Dicendū ꝙ ſi
Ad q̄rtum. ue ſequat̄ maior delectatio actū reflexū ſi
ue nō: q̄ṫitas illi⁹ delectatiōis nō ē ex actu
reflexo: ſꝫ ex obiecto ⁊ actu recto. Et ſi cōce
deret̄ ꝙ aliq̄s poſſꝫ eſſe btūs: ⁊ tñ neſciret
ſe eſſe btm̄: loquēdo de btitudine eſſentia
li: ſicut dicūt quidā: tūc argumēta iſta oīa
N eſſent euacuata facili⁹ ꝙ̄ alr̄. Ad q̄ntū qñ
Ad q̄ntum. dr̄ ꝙ act⁹ reflexus includit ꝑfectionē tam
act⁹ recti ꝙ̄ obiecti: h̄ eſt falſa: qꝛ tūc aliq̄
creatura includeret deū. Silr̄ dato ꝙ act⁹
rect⁹ ſit cognitio vtriuſq̄ obiecto: videlꝫ tam
act⁹ ꝙ̄ cognitio erit cognitio cōplexa vtri
uſq̄ ⁊ indiſtincta: ⁊ ſic imperfectior erit co
gnitio dei ꝙ̄ act⁹ rect⁹: ⁊ iō minus beat⁹.
O Ad argu. principale qñ dicit ꝙ deſideriū
Ad ar. prin. nō eſt reſpectu habiti: ꝯcedit̄: ⁊ de⁹ eſt non
habitus. ⁊ qñ vlteri⁹ dr̄ ꝙ inconuenien: er
rñdetur q̄rēti q̄d hō deſiderat: dicendo ꝙ
deſiderat deū: ſꝫ dꝫ dici deſiderat videre de
um vl̄ frui deo: exiſtimo ꝙ ſi ꝑ tale debeat
rñderi: nō ideo ſequit̄ ꝙ p̄ncipale obiectū
deſiderij humani ſit aliud a deo: ſicut nō ſe
quit̄: auarus ſumme deſiderat aurū: igitur
aliq̄d aliud deſiderat ꝙ̄ aurū. vñ habere
aurū nihil ē. vñ ꝯṅter dici dꝫ vel ꝙ deſide
rat nihil: vel ꝙ deſiderat aurū. vñ cōiſſime
dicitur: auarus deſiderat aurum ⁊c.

Vtrū fruitio poſ A Q̄ .viij.
ſit manere in volūtate ⁊ nō
eſſe fruitio. Et arguit̄ ꝙ nō: Prima
qꝛ h̄ p̄dicatio eſt eſſentialis: prīcu.
hec fruitio eſt fruitio. ḡ exi
ſtēte re q̄ eſt fruitio: nō pōt iſta ꝓpō eē fal
ſa: qꝛ ſi fruitio poſſet manere ⁊ nō eſſe frui
tio: tūc ille ꝓpōnes eēnt cōpoſſibiles: frui
tio illa eſt: ⁊ nō eſt fruitio. ꝯñs falſum ſicut
p̄ꝫ. Ad oppoſitū arguit̄ ſic. fruitio diſti B
guit̄ a cognitiōe: ḡ fruitio pōt deſtrui ma In oppoſitū.
nēte cognitiōe: vel res q̄ nūc eſt fruitio de
potētia dei abſoluta. q̄ poſito: q̄ro vtrū ta Primo
lis creatura fruit̄ an nō: ſi nō: habet̄ ꝓpo
ſitū: ꝙ manet res q̄ eſt fruitio: ⁊ nūc nō eſt
fruitio. Si ſic: ḡ aliq̄s diligit ſumme aliq̄d
incognitū. ꝯñs falſum: ⁊ ꝯ Aug. x. de tri. c
vij. in fine. Q̄ḋ q̄ſq̄ ꝑſus ignorat: amare
nullo mō pōt. Et alibi. Inuiſa diligere poſ
ſum: incognita nequaq̄. Scd̄o ſic. nullus Scd̄o.
act⁹ i volūtate eſt fruitio niſi ſit elicit⁹ a vo
lūtate: nec vſus imo nec opatio volūtatis
niſi eliciat̄ a volūtate vel ꝯſeruet̄: ḡ de⁹ p̄t
eſſe cā totalis cōſeruās rē q̄ eſt fruitio ſine
volūtate: ḡ res illa pōt manere ⁊ eſſe in vo
lūtate: abſq̄ h̄ ꝙ ſit fruitio: ḡ fruitio pōt
manere: ⁊ nō ē fruitio. In iſta q̄ſtiōe duo Deciſio q̄ōnis.
fient. Pr̄io volo inq̄rere vtrū fruitio btifi
ca ſit aliq̄ mō effectiue a volūtate fruētis.
Scd̄o dicet̄ ad q̄ſtionē. De p̄mo eſt opi C
nio ꝙ volūtas nō elicit actionem diligēdi Opinio prima.
deū q̄ beatificat̄: ſꝫ ꝓpt̄ ſui ꝑfectionē cau
ſat̄ a ſolo deo. Ad h̄ arguit̄ multipliciter Probatur primo.
Primo ſic. qñ ſunt aliqua duo ſupnatura
lia: vnū ꝑfecti⁹ ⁊ aliud imꝑfecti⁹: ſi illō qō
imꝑfecti⁹ ē nō poſſit creari niſi a ſolo deo:
⁊ illud qō ꝑfecti⁹ eſt: ſꝫ ſic ſe h̄nt habitus
charitatis: lumē glie: ⁊ fruitio: ꝙ fruitio i
ter iſta eſt ꝑfectior: ⁊ tñ iſta īꝑfectiora non
p̄nt cauſari niſi a deo ſolo: ſic oēs ꝯcedūt:
ergo. Scd̄o ſic. potētia libere ⁊ ꝯtingēter Scd̄o.
agēs pōt de ſua potētia abſoluta mediate
vel imediate ceſſare ab actu ſuo: ſꝫ volūtas
reſpectu cuiuſcūq̄ libere ⁊ ꝯtingēter agit:
ḡ ſimilr̄ pōt ceſſare ab actu reſpectu cuiuſ
cūq̄ obiecti: ḡ volūtas pōt facere ſe libere
nō beatā. Tertio ſic. nō minus repugnat Tertio.
volūtati beate recipere actū volūtatis a ſo
lo deo ꝙ̄ volūtati dānate: ſꝫ volūtas dāna
ta nō pōt h̄re ſe actiue reſpectu ſue volūta

tis: q2 tūc pōt ſe facere ſine illo actu: et per
ꝯñs ſine triſtitia ꝛ pena: quod eſt falſum.
Quarto. ğ ꝛc. Quarto ſic. ſi fruitio ꝓduceref effe-
ctiue a voluntate: tunc hñs meliora natu-
ralia: ſtāte influētia gñali, meliorem cauſa-
Quito ret fruitionē. ꝯñs falſum. Quinto. ſolus
de⁹ hʒ reddere pmiū ꝓ labore: ſʒ fruitio eſt
Sexto pmiū ꝓ labore: ğ ꝛc. Sexto ſic. ix. de tri. c.
x. de magnis. xij. de paruis. Juſtitiā tamē
hō cū creef accepit: ꝛ poſt caſum vtiqꝫ ꝑdi-
dit. Accepit igif iuſtitiā: ꝓpter quā btitu-
dinē accipe mereaf. Et pꝫ ante. Qui ani-
mā faciet beatā: accipit meritū ſuū ꝛ pmiū
dñi ſui. ergo ſicut ſolus deus eſt cā premij:
ita ſolus deus eſt cā btitudinis et fruitio-
nis: ergo fruitio nō eſt alia a voluntate.
D Alia opinio. Sed ꝫ iſtā opinionē arguūt
Scda alij ſic. nō minus pfecta eſt imago in beato
opinio q̄ in viatore: ſʒ pfectior; ſʒ in viatoris ima-
Primo gine volūtas eſt cā ſui amoris: q2 aīa ē cā
arguif effectiua ſue volitiōis ſm eū: ğ ꝛ in pria.
ğ ſicut in imagine viatoris eſt parēs: ples
ꝛ amor ꝓcedens de parente: ꝛ notitia illa
Scdo. erit in patria: ğ ꝛc. Secundo ſic. Aug. j. de
tri. Sic deus res q̄s condidit adminiſtrat:
vt eas ꝓprios motus hr̄e ſinat; ergo quan-
to magis res eſt in ſtatu pfectiori: tāto ma-
gis hr̄e pōt ꝓpriū motū; ſed ꝓprius mot⁹
voluntatis eſt dilectio: ergo cū in via i ſta-
tu imperfectiori poſſit efficere partibiliter
Tertio motū illum: multo magis in patria. Ter-
tio ſic. qñ volūtas vult aliquid ꝯ vult illud
ſub ratione boni: ergo quanto aliqd oſten-
ditur voluntati ſub ratione maioris boni:
tanto magis pōt illud velle. ergo ſi volun-
tas poteſt elicere dilectionē ad deū cogni-
tum ſub ratione alicuius boni in via: mul-
to magis hoc poterit circa eū clare cogni-
tum in patria: qd̄ eſt ꝓpoſitū. Quarto ſic.
Quar- qcqd rationabiliꝰ agit ad augmentū gau-
to. dij in natura rationali: dʒ poni eſſe in bea-
titudine creature rationalis. ſed q volun-
tas pōt cauſare actū ſuū: ꝛ non ſolū recipe
magis ad augmētū gaudij eſt in creatura
Quito rationali: ğ dʒ hoc ibi poni. Quinto ſic. ix
de tri. c. iij. Liquide tenēdū eſt q oīs res
quam cognoſcimus: aggenerat in nobis
notitiam ſui: ab vtroqꝫ em̄ notitia pari-
tur: a cognoſcente ꝛ cognito: ergo quanto
pfectius cognoſcif: tanto pfecti⁹ aliqd no-
titiā cauſare pōt: ꝛ pari rōne dilectionem.
Sexto Sexto ſic. pfectio charitatis vel fruitiōis
nō impedit: q2 btā virgo in via dilexit deū
forte equali dilectiōe cū aliquo nūc in pa-
tria: ꝛ tn̄ ipſa ſuas dilectiōes effectiue cau-
ſauit. Septimo ſic. nulla dilectio eſt meri- Septi-
toria que nō elicitur a volūtate effectiue: mo.
q2 talis non eſt in ptāte libera volūtatis:
ſed dilectio aīe chriſti q̄ dilexit deū ſup oīa
fuit meritoria: ꝛ fuit effectiue a volūtate:
ğ nobilitas actus ſui ſeu pfectio nō impe-
dit quin poſſit cauſare a voluntate. ꝛ ſic
iſta dilectio fuit fruitio. ğ ꝛc. Octauo ſic. Octa-
rō bti pōt dictare q deo eſt fruendū: ğ vo- uo.
lūtas pōt ꝯformiter velle nō minus in pa-
tria q̄ in via: ğ pōt elicere actū fruēdi deo
alr̄ volūtas non ageret conformiter. In E
iſto articulo apparet mihi ꝓbabilius dice- Reſolu-
re ſcdo mō dicendo q pticulariter cauſef tio que-
a voluntate bti ſicut in via. Unde notitia: ſtionis
obiectū: volūtas: ſunt tres cauſe partiales
fruitiōis beatifice: alioqn nō eſſet actio i-
manēs: immo trāſiēs. q2 hec eſt differētia
inter actionē imanentē ꝛ trāſeuntē: vt pꝫ
pmo Ethi. ꝛ. ix. meta. q actio imanēs ma-
net in agente. Ex quo videtur q aīa ſit ali-
quo mō actiua reſpectu cuiuſlibet cogniti-
onis ſue: ꝛ volūtas ſilr: niſi aīa btā eſſet ha-
bitura aliā opationē in beatitudine intelli-
gendo ꝛ vidēdo illud obiectū qd̄ eſt deus:
fruſtra crederet eccl'ia q aīa indigeret lu-
mine glorie ad fruendū deo. Un̄ ideo poni-
tur a doctorib⁹ lumen glīe: vt aīa fortifice-
tur ꝛ iuuef ad eliciendū circa illud obiectū
excellēs: circa qd̄ in lumīe ſue nature opa-
ri nō poſſet. Si dicaf qd̄ illō ē verū: q2 aīa
btā vere fruif deo fruitione elicita: tn̄ illa
nō eſt btifica: ſʒ vna alia. Un̄ hʒ vnā natu-
ralē: ꝛ aliā ſupnaturalē q̄ nō eſt in ſua po-
teſtate: ſʒ tm̄ paſſiue recipit a deo: ꝛ iſta eſt
btifica. Illud non appet rōnabile: q2 ſi eq̄
intēſe diligeret p vtraqꝫ: tūc altera ſupflu-
eret. Nec ē imaginabile q hō diligat dua-
bus dilectiōib⁹ eq̄ intēſe idē obiectū p cā-
dē notitiā: vel remiſſius diligeret p elicitā
q̄ p infuſam; ꝛ tūc veriſilr q illa remiſſio
ſibi diſpliceret: ꝛ fruſtra illā eliceret. Ad F
rōnes. ad pmū qñ dr̄ ꝛc. Dicēdū ē q inde Ad pri-
dr̄ talis fruitio btifica ſupnaturalis: q2 hō mum.
nō pt ſuis naturalib⁹ ponere ſe ī tali ſtatu Prima
ī quo eliciat illā opationē: tn̄ cū lumīe glo- opinio
rie ex collatiōe diuina ꝛ cognitiōe clara de
deo naturalr̄ pōt aīa illō obiectū diligere.
Un̄ fruitio nō ē ita ſupnaturalis ſicut cha-
ritas vel grā vel lumē glorie: imo partim
eſt naturalis ꝛ partim ſupnaturalis: vt ſi

aliq̃s cecus eſſet totus: ⁊ de⁹ illi miraculoſe ↄ̄ferret potẽtiã vidẽdi: tũc viſio elicita eſſet naturalis. ſʒ potẽtia viſiua eſſet ſupnaturalis: vt ponendo ꝙ charitas vel grã ſit cã p̃tialis act⁹ meritorij: adhuc ille act⁹ nõ eẽt ſupnaturalis mere. Siĺr illa ↄ̄ñia nõ valet: iin pfecti⁹ creaꝭ a deo: igiꝭ ⁊ pfectius: q2 hõ nõ ẽ pfectioꝛ effect⁹ q̃ aĩa ⁊ q̃ʒ grã. Ad
G Ad ſecundũ. ſcõm negatur minoꝛ: q2 volũtas creata reſpectu dei clare viſi nõ agit libere ⁊ indifferẽter: ſed neceſſario diligit deũ clare viſum ſine aliq̃ rõne penitẽtis vel triſtãtis. ſiſ rõ dato ꝙ volũtas quantũ eſt de ſe: poſſet actu fruẽdo libere dimittere. de⁹ aũt ſic ad cõtinuationẽ iſti⁹ act⁹ agit: ꝙ vult volũtas iſtũ actũ ↄ̄tinuare. Ũñ ↄ̄cedi põt ꝙ volũtas neceſſitaꝭ a deo ad illũ actũ habẽdũ. nõ tñ cogiꝭ. q2 act⁹ iſte ẽ volũtati ſumme ↄ̄ueniẽs.

Ad tertium. Ad tertiũ de volũtate dãnati: ꝙ volũtas dãnati alios act⁹ hʒ neceſſario deo ſic volẽte: nõ tñ ſunt illi act⁹ a ſolo deo: ſʒ a deo et a dãnato. Cõtra. act⁹ tales de⁹ neceſſitat volũtate creata ſicut ſuo miniſtro: ⁊ iõ ſtãte cãlitate p̃ncipalis agẽtis: nõ eſt ĩ ptãte iſtũ ceſſare: tñ q2 nõ oĩs volitio põt cãri ſtãte quacũq; notitia in intellectu: alĩs abſente q̃cũq; notitia: indifferẽter. Põt g̃ dici ꝙ de⁹ dãnato aliã notitiã erroneã vĺ naturã ↄ̄tinuat: tñ ſtat electio bñ ⁊ oꝛdinate volẽtis: ⁊ ſic dicũtur obtenebrari in intellectu.

Ad q̃rtum. Sed de h̃ foꝛte ſup ſcõm diceꝭ: qñ ageꝭ de obſtinatione ãgeloꝝ maloꝝ. Ad q̃rtũ nõ eſt dubiũ q̃n ſi de⁹ eq̃ coageret oĩbus btĩs tũc habẽs melioꝛa naturalia melioꝛẽ fruitionẽ eliceret: ſed q2 de⁹ ſic ſtatuit: ꝙ reddit p̃mia ſm bonitatẽ moꝛalẽ ⁊ valoꝛẽ meritorũ: nõ aũt ſm bonitatẽ ⁊ valoꝛẽ naturalẽ: iõ q̃buſdã debilioꝛis nature vt foꝛti⁹ agãt pl⁹ de lumĩe glĩe tribuit: itaq; pñt excellenti⁹ deũ diligere. Ad q̃ntũ dicẽdũ ꝙ p̃miũ
H iuſtoꝝ eſt ipemet de⁹: ⁊ ſtat ꝙ iſte i q̃ hõ põt
Ad q̃ntum. frui deo: ⁊ h̃ hʒ hõ a ſolo deo: ⁊ nõ a ſe: ⁊ iõ nõ ſeq̃tur ꝙ aliq̃s põt ſe btĩficare. Ad ſex
I tũ de auctoꝛitate Aug. dicẽdũ ꝙ nõ ſeq̃tur
Ad ſextum. accipit p̃miũ ſuũ a deo: g̃ non effectiue elicit fruitionẽ: q2 fruitio accipiꝭ a deo ſicut a cã p̃tiali: ⁊ a ſe ſicut a cauſa partiali. Unde ſtant bene ſimul ꝙ accipiãt p̃emiũ ſuũ a deo: ⁊ tñ ꝙ ipſe ſit cauſa partialis iuſtitie ſue: tñ illã habet a deo: ita cãliter erit ĩ beatitudine. multa tñ ſunt in btĩtudine: q̃ non eſſent ab hoĩe aliquo mõ nõ effectiue: ſicut lumen gloꝛie: dotes coꝛpoꝛis. ⁊ huiuſmodi

Secundus articulus eſt K Sc̃ói articuli

dicere ad foꝛmã q̃õnis: ⁊ ſuppono p̃io hic q̃tuoꝛ ꝓpõnes. P̃ia eſt: ꝙ fruitio eſt operatio mẽtalis ⁊ immanẽs in creatura intellectuali. ⁊ h̃ p̃tʒ p mentẽ Aug. q̃ poſuit fruitionẽ eẽ actũ volũtatꝭ. Et ſm pħm. x. Ethi. Felicitas ↄ̄ſiſtit in operatione ĩtellectuali. Prima propoſitio.
Sc̃da ꝓpõ eſt: ꝙ opatio intellectualis eſt L
vna q̃litas diſtincta a natura operante: vt Sc̃da.
oñdeꝭ infra: qñ ageꝭ de opatiõe intellect⁹ Ex hoc ad pñs p̃tʒ ꝙ aĩa oẽs ſuas recipit opationes: q2 ſunt immanẽtes: ſicut p̃tʒ. ſ. ethico. ⁊. ix. meta. Nihil aũt recipit ſe: ergo opatio nature intellectualis differt a natura opante: ſʒ nõ ſicut ſuba a ſuba: ſed ſicut qualitas a ſubſtãtia. Jtẽ ſm cõiter loquentes natura intellectualis eſt cauſa ſue dilectionis: vel eſt cã ſuꝑflua. Tertia ꝓpõ ẽ: M
ꝙ nulla q̃litas eſt cã alicuius operãtis: ni Tertia
ſi cauſeꝭ ab ipſo operãte. Hec vr̃ rõnabilis q2 illud eſt actu aĩam operari ⁊ hr̃e operatiões: g̃ nõ opaꝭ, niſi cauſando talẽ q̃litatẽ g̃ nõ hʒ opationẽ. Ũñ ſi volitio fieret totaliter ab extrinſeco: nõ plus video ꝙ poſſet dici illius operatio mẽtis in qua eẽt: q̃ lux poſſet dici opatio aeris: vel caloꝛ ĩ aq̃ opatio aq̃. Jtẽ inter opationẽ ĩmanẽtẽ ⁊ trãſeũtẽ nulla eſt differẽtia: niſi ꝙ vna maneat in ſuo efficiẽte: alia trãſit in paſſum diſtinctũ ab efficiente: ſed impoſſibile eſt ꝙ caloꝛ aq̃ dicaꝭ calefactio ignis vel opatio ignis: niſi cauſeꝭ ab igne. g̃ nec eadẽ rõne dr̃ volitio ĩmanẽs in agẽte: niſi agaꝭ ab eo cui dr̃ ĩmanere: nec aliter eius operatio nũcupaꝭ N
Quarta eſt: oẽm rẽ cauſabilẽ deus poteſt Quarta.
cãre nulla creatura ↄ̄cauſante: ⁊ oẽm effectũ iã ꝓductũ ſol⁹ ↄ̄ſeruare: nulla creatura ad illã ↄ̄ſeruationẽ coagẽte. Hec ꝓpõ apud theologos ẽ ſatꝭ nota: q2 alioq̃n nõ eẽt ibi oĩs ſufficiẽtia ptãtis ⁊ potẽtie ad faciẽdũ miracula multa q̃ viſa ſunt ſupꝛa ⁊ q̃ poſſibilia ſũt. Siĺr ſuppono ꝙ ſuba habeat aliquã cãlitatẽ effectiuã ſup ſuũ accidẽs: ⁊ nõ ſit mere in potẽtia ↄ̄dictiõis ad ſuã ꝓpꝛiã paſſionẽ: q2 tũc poſſet ignis carere ſuo pꝛopꝛio caloꝛe: ⁊ coꝛu⁹ nigredine: ⁊ cygn⁹ albedine: ⁊ ſic de alijs. g̃ pari rõne vino ẽ dare aliquẽ ſapoꝛẽ ꝓpꝛiũ cãtũ a ſuba vini: q̃ carere nõ põt ⁊ eẽ vinũ. Quo poſito: mãifeſtũ eſt ꝙ de⁹ in ſacramẽto altaris ↄ̄ſeruat effectũ cãe: q2 ſub ãni vini: ipã ſuba deſtructa. Siĺr deus põt ſuſpendere actionem poten

tie actiue create ne agat in paſſum approxi
matū: ſicut credit feciſſe de trib⁹ pueris in
camino ignis. Daniel. iij. ḡ cū pōt ꝓducere
effectū ignis igne non coagente: pōt igne
approximato cāre calorē ſine igne ꝯcauſā
te. ⁊ eadē rōne cōſeruare effectū ab igne ꝓ
O ductū igne nec ꝯcauſante. Ex iſto ſequit
Corre- ꝙ eadē res pōt eſſe opatio ignis: ⁊ poſtea
larium manere ſine hoc ꝙ ſit opatio ignis. Patet
ꝯña: q̄ ſi ignis ꝓducat calorē in ligno per
horā: verū eſt ꝙ opat ⁊ calefacit lignū. ſup-
pleat igit de⁹ vicē ignis ꝯſeruādo iſtū ca-
lorē: ⁊ tūc iſte calor q̄ prius fuit opatio ma-
net: ⁊ iā nō eſt opatio ignis: ⁊ prius patie-
bat ab igne: ⁊ mō nihil patitur ab igne. Et
pari rōne pōt de⁹ facere ꝙ ignis iterū pari
rōne ſicut cā partialis ꝯſeruet calorē quē ꝓ-
duxit: ⁊ tūc erit calor iſte iterū opatio ignis
⁊ ſic pōt vna qualitas infinities ſi de⁹ vo-
luerit eſſe nūc opatio ignis: nūc nō eē opa
tio ei⁹ manēs tñ eadē qualitas oīno. Re-
linquitur igit ꝙ de⁹ pōt ſupplere vicem in
agēdo: ⁊ ſuſpendere ꝓ libito ſuo actionē ⁊
cāſalitatē cuiuſlibet cāe reſpectu ſui effect⁹ ⁊
P manutenere effectū. Iſtis q̄tuor ſuppoſitis
Rñſio ꝓpōnib⁹: patꝫ quid eſt dicēdū ad articulum
ad qō- queſtionis. Nā ex prima ꝓpōne hr̄ ꝙ frui
nem. tio ē operatio fruētis. Et ex ſcd̄a ꝙ fruitio
eſt vna qualitas diſtincta abſolute ab illa
fruitiōe. Et ex tertia ꝙ q̄litas nō eſt opera
tio: niſi teneat effectiue ab operante. Et ex
quarta ꝙ eadē q̄litas vna vice pōt habere
creaturā operātē ꝓ cā partiali: ⁊ alia vice
deū ꝓ cā totali. ⁊ ſic nō eſt opatio creature
poſtꝙ fuit opatio creature. Ideo regula iſta
ꝯcedit ad pñs: ꝙ fruitio pōt manere ī mē
te creata: ſine h̄ ꝙ ſic res q̄ eſt fruitio mane
bit in volūtate: ⁊ nulla volūtas per iſtā rē
fruet. ⁊ eodē mō res q̄ ē viſio dei manife-
ſta: pōt eſſe in aīa chriſti vl̄ Petri: aīa non
videte deū ꝑ iſtā rē q̄ nūc eſt viſio. Cui⁹ cā
ē: q̄ illa nō ōr viſio niſi qñ ē opatio: nec eſt
Argui- opatio qñ ē totalr a deo. Sꝫ ꝯ illō argui
tur pri- tur primo ſic. impoſſibile eſt eſſe trāſitū de
mo. ꝯdictorio in ꝯdictoriū ſine ꝓductiōe vl̄ cor
ruptiōe alicui⁹ rei: vel motu locali vl̄ lapſu
tpis: ſic ꝙ iſte lapſus ſit cā inferēs ꝓpōnis
de nouo: ſꝫ data ſcd̄a ꝓpōne hec ꝓpō ē fal
ſa: igit illa poſitio nō eſt bona. Ceñ aūt data
hac poſitiōe poſita ſupius: falſificet iſta re
gula: patꝫ manifeſte: q̄ poſſibile eſt ꝙ idem
ignis nō calefacit hoc lignū: ⁊ nūc nō cale
facit hoc lignū ſine corruptiōe vel ꝓductio
ne noue rei: q̄ nihil corrūpit ī lignō: q̄ idē
calor manet q̄ pri⁹ fuit: ⁊ oīa alia nec ignis
eſt mot⁹ localiter nec lignū: ſed ſunt penі-
tus vt prius. Nec lapſus tpis ſufficit ad ve
rificādū iſta ꝯdictoria ſucceſſiue. Manife-
ſtū eſt: q̄ nō eſt maior rō quare lapſus tem
poris ſufficeret ꝙ ignis calefacit h̄ lignū
ꝙ quācūq alia ꝓpōnē de toto mūdo: ḡ re
linquit ꝙ ſi dicta poſitio ſit v̄a: iſta famoſa
ꝓpō eſt falſa: vel opꝫ redire ad antiquos
reales: ⁊ dicere ꝙ actio ignis corrūpit ī ca-
ſu tali: ⁊ ꝙ eſt res alia a calore in igne: ⁊ a
calore in ligno: qō eſt veriſimile. Patꝫ illud
de iſtis ꝯdictorijs: iſte calor eſt calefactio:
iſte calor nō eſt calefactio: illud lignū pati
tur: illud lignū non patit: ⁊ ſic de infinitis
ꝯdictorijs ſeqtur idē. Scd̄o ſeqtur ꝙ de- Scd̄o.
us pōt facere de nō btō btm̄: ⁊ de btō non
btm̄: nullā rem adnihilādo: vel nullā rē ꝓ-
ducēdo: qō videt magnū incoueniēs. ꝯña
patꝫ: q̄ pōt facere de nō vidēte vidētē: ⁊ de
nō fruēte fruētē: ⁊ ꝯ̄rio nullā rē adnihilā
do corrūpēdo vl̄ ꝓducēdo: ſed ſolū h̄ ꝙ de
us ſe facit de cā totali ꝑtialē: ⁊ ꝯ̄rio ⁊ ſuſ-
pēdat actionē creature: ⁊ reddat ei actionē
ſuā: ꝯñs patꝫ. Ad primū iſtoꝝ dicēdū ſine Q
aſſertione: cōcedēdo tñ ꝙ illa regula ē fal- Rñſio
ſa quā dicit: etiā ſi intelligat de quocumq ad pri-
trāſitu a ꝯdictorio in ꝯdictoriū: a quacūq mum.
cā fiat. Si vo intelligatur ſtricte de trāſitu
naturali ⁊ ꝑ cauſas creatas agētes ſine mi
raculo: ꝓpoſitio eſt vera. Vñ dico ꝙ virtu
te diuina pōt fieri trāſitus de verificatiōe
vnius cōtradictorij ad veritatē alteri⁹ ſine
aliquo iſtoꝝ ſupius poſitoꝝ: videlicet cor
ruptiōe ⁊ ꝓductiōe ⁊c. ſaltē in duob⁹ caſi-
bus vt videt. Vnus eſt de vnione cōpoſita
ad quācūq naturā totā. Unde de⁹ poſſet
facere trāſitū. ſ. a cōtradictorio iſto: de⁹ nō
eſt lignū: ad cōtradictoriū: deus eſt lignū.
⁊ ſic de quacumq alia cauſa: nullā rē cor-
rūpendo vel ꝓducendo vel tranſmutando
localiter: nec lapſ⁹ tpis facit h̄: manifeſtū
eſt. Aſſumptū probat ꝑ ſcholā cōem negā
tē reſpectus: ꝙ verbū pōt dimittere huma
nitatē: ⁊ nulla re deperdita vel de nouo ad
ueniēte fieret hō: ⁊ denuo remutari ⁊ fieri
nō hō: ⁊ ſic verificantur multa ꝯdictoria: ſi
ne hoc ꝙ aliqō illoꝝ quatuor eſſet in cauſa
Alius caſus eſt qñ deus de agēte totali fit
partiale: vl̄ de partiali agens totale: ſicut R
exēplificatum eſt. Ad ſecundū dicēdum Ad ſe-
cōſimiliter cōcedendo cōcluſiones: q̄ argu cundū.

mēta cōcludāt verā. Sed ꝯ illud eſt argumētū qđ Achilles credif: actionē ꝛ paſſionē eē res diſtinctas ab agēte ꝛ patiente: et oib⁹ reb⁹ abſolutis arguif ſic. Qñcūq; ꝓpoſitio verificaf ꝓ reb⁹: ꝛ duab⁹ reb⁹ exiſtētib⁹ manet ꝓpō falſa: opꝫ ponere aliam rē ad h ꝙ ꝓpō ſit vera: ſed iſta ꝓpō ignis calefacit lignū: ſferf ꝓ reb⁹: poſito ꝙ ignis ſit debite approximat⁹ ad lignū: ꝛ ipm bene poſitū ad patiendū: verificaf iſta / ignis calefacit. ḡ opꝫ ponere actionē reſeruatam qua poſita hec deuenit vera / ignis calefacit. Ad illud argumentū qđ multū mouet pōt dici negando aſſumptū: qđ eſt fundamentū toti⁹ poſitiōis: ꝛ ꝓbo ꝙ eſt falſum Ubicūq; ꝓpoſitio inferf de nouo per ſolū motū localem: ſicut hic ſortes ſedet: ſortes nō ſedet: ſortes eſt in domo: ſortes nō ē in domo: ꝛ ſiľes. Siľr vbicūq; alia ꝓpō infertur ꝑ lapſum tpis ſicut hic: ille lapis iacuit hic ꝑ trienniū: ille lapis nō iacuit ꝑ triēniū iſti debef vnus denarius: iſti nō debef vn⁹ denarius. ꝓmittat ſortes platoni ſi vixerit cras hora prima: ꝙ dabit ſibi vnū denariū ꝛ in talibus caſibus infinitis. Siľr in iſtis: hec natura eſt vnita verbo: hec natura nō eſt vnita verbo. vñ ꝓpōnes multe nō verificantur ſolum ꝓ rebus pro quib⁹ termini ſyncategorematici ſupponūt q̄ ponuntur in ꝓpōnib⁹: ſed qꝛ hec eſt de ſilis rebus ſicut ꝑ terminos ſeu concept⁹ ſyncategorematicos poſitos in ꝓpōnib⁹ denotaf: ꝛ econuerſo. vñ ſi oēs res ſint pro quibus ꝓpō dꝫ verificari: ſi non ſit ita: tunc res illa ꝑ ſyncategoremata poſita vel incluſa in propōne denotaf ꝙ illa ꝓpō deuenit falſa q̄ prius fuit vera. ꝛ ideo in iſta ꝓpoſitiōe: ignis calefacit lignū: nō ſolum ponuntur termini categorematica ſicut / ignis ꝛ lignū. ſed ponitur vnū verbū cui⁹ diffinitio exprimens qđ importatur per nomen qđ cōtinet terminos ſyncategorematicos: qꝛ illud verbū calefacit importat calorē eſſe ab aliq̄ qđ dꝫ calefacere. ꝛ ideo dico ꝙ licet ignis ſit: ꝛ lignū ſit ꝛ calor: dūmodo tamen nō ſit ita ꝙ calor ſit ab igne: nō eſt hec vera / ignis calefacit. ſed pōt fieri vera: a deo tñ ſolo ſine cuiuſcūq; rei nō ꝓductione. ſi ignis aūt fuerit impeditus ab agente ab ipſo deo ꝑ hoc ſolū ꝙ deus ignē motū ſuū naturalē ꝑmittat exercere: ſed de his nō plus ad preſens

S ad primū pn. Ad rōnes: ad primū qñ dicitur ꝙ hec eſt ꝑdicatio eſſentialis: fruitio eſt fruitio. Dicendū ꝙ hec eſt cōtingēs: ꝛ per ꝯñs non ꝑ ſe ſtricte loquendo de propoſitione per ſe. Nā per Ariſto. que per ſe inſunt: neceſſario inſunt: ſicut hec eſt contingens: creatio eſt creatio. non ergo valet. Unde illa propoſitio: fruitio pōt eſſe qñ nō erit fruitio: non debet ſic poni in eſſe: fruitio eſt ꝛ fruitio nō eſt: ſed ſic. hec res demonſtrata re que fuit fruitio: eſt: ꝛ hec res non eſt fruitio. vnde illa conſequentia non valet.

Utrum āgelus nō cōfirmatus vidēs deū poſſet deū nō diligere ſtāte illa viſione: et arguitur ꝙ nō: qꝛ q̄libet videns clare deum neceſſario gaudet: ergo neceſſario diligit. ꝯña tenet: qꝛ ſi nō diligeret viſum: nō gauderet de viſo. Antecedēs ꝯcedif a mgro. iiij. ſen. diſt. xlviij. vbi dicit ꝙ impij in iudicio nō videbunt deitatē chriſti: ſed humanitatē tātū. vñ dicit. Humanitatē vi debūt vt timeant: diuinitatē vero non ne gaudeāt. Diuinitas vero ſine gaudio videri nō pōt. (A Dō. ix. Primū princi.)

(Scdm) Scdo ſic. ſi aliqs poſſet videre ſummū bonū: ꝛ illud nō amare: eadē rōne aliquis poſſet videre ſummū malū: ꝛ illud nō odire. ꝯñs eſt falſum: qꝛ tūc diabolus poſſet libere odire ſuā penā: ꝛ nō odire: ꝛ ſic per ꝯñs facere ꝙ aliquando eēt pena ꝛ aliquando non: qꝛ nihil eſt penale voluntati niſi cōtrariū voluntati ſm Anſel. de cōcep. virgi. c. iiij. ꝯña ptꝫ: qꝛ tantū allicit ſummū bonū videntē illud clare ad fruendū vel diligendū: quātum ſummū malū ad deteſtādū: ergo ſi voluntas poſſit actū ſuū ſuſpendere ne diligat ſummū bonum clare viſum: pōt etiam non odire ſummum malū.

(In oppoſitū.) Ad oppoſitū. ſi videns deū vtiq; frueretur deo: ſeqtur ꝙ angeli nō meruiſſent diligēdo deū ſup via. ꝯña ptꝫ ꝑ Anſ. de caſu diaboli: qꝛ ſi nō potuerunt nō diligere deū: ergo neceſſario dilexerunt deum ergo neceſſario ſeruauerunt iuſtitiā. ꝛ ſi neceſſario ſeruauerunt iuſtitiam: nō plus meruerunt q̄ ſeruando rationabilitatē. ergo ꝛc. Prima conſequentia patet: quia angeli in illo ſtatu innocentie clare viderunt deū vt innuit Aug. ſuper Geñ.

(Scdo.) Secundo ſic ſi volūtas clare frueretur deo viſo: ſeqtur ꝙ voluntas non eſſet volūtas. ꝯñs falſum ꝯña eſt beati Augu. iij. de libe. arb. vbi dicit ſic. Si neceſſe eſt vt volūtas velit: vnde volet voluntas erit, tamen non erit, et in

ſra. Volūtas necvolūtas eēt niſi libera eēt
ꝗ vm cū ſi volūtas neceſſariovelit: volūtas
B no erit volūtas: vt erit in pŕñte nr̃a. In
Deciſio iſta q̃ōne erūt duo articuli. Pꝛimus: an ali
q̃ōnis. quo mō poſſunt ſtare ſimul ꝙ creatura ro
nalis clare videat deū: ⁊ tñ nō fruatur eo.
Scḋs: an ſit abſolute in pŕñte voluntatis
create ſuſpédere actū ſuū ne fruať deo ſtā-
Prim⁹ te eadē viſione clara. Quantū ad pꝛimū
articl's dico duas cōcluſiōes. Pꝛima eſt: ꝙ poſſibi
Pꝛima le eſt ꝙ creatura rōnalis videat clare deū:
ꝯcluſio ⁊ nō fruatur deo. Scḋa: ꝙ poſſibile ē crea
Scḋa turā rōnale habere charitatē ⁊ lumē glie ⁊
ꝯcluſio clarā viſionē dei: ⁊ tñ nō fruať deo. Pꝛi-
C ma ꝓbať multipl'r: pꝛimo ſic. viſio dei non
Proba eſt eſſentialiter fruitio: ſꝫ viſio pꝛioꝛ ſaltem
tio pꝛi cauſaliter ⁊ fruitio poſterioꝛ ſunt res diſti
me cō- cte: ꝗ poſſibile eſt de natura tenere viſionē
cluſio- ſine fruitione. ꝯña pꝫ: q2 ſunt due res diſti
nis. cte totaliter: ꝗ deus pōt ſeparare vnam ab
alia. Scḋo ſic q̃ñcūq3 vna res hꝫ duas opa
tiones diſtinctas realiter: poſſibile eſt deo
cōcurrere ad vnā nō cauſando aliā: ⁊ maxi
me cauſando pꝛioꝛē ſine poſterioꝛe: ſꝫ crea-
tura rōnalis exiſtēs in ſtatu in quo pōt vi-
dere: nata eſt elicere duas opationes: ſcꝫ co
gnitionē ⁊ dilectionē mediate cognitione.
ꝗ poſſibile ē deo cōcurrere ad eādē opatio
nē pꝛimā: ⁊ ſuſpendere ſcḋam: ꝗ ⁊c. Tertio
ſic. deus pōt facere qcq̇d fieri nō includit
ꝯdictionē: ſꝫ ꝙ aliq̇s deū clarevideat: ⁊ nō
diligat: nullā ꝯdictionē includit: ꝗ hoc eſt
poſſibile deo. Sed videť ꝙ iſta argumēta
equaliter ꝓbāt fruitionē poſſe eſſe ſine vi-
ſione: ſimiliter ꝙ viſio pōt eſſe ſine fruitiōe
ꝑ eaſdē formas. Sed dicēdū ꝙ nō: ſꝫ equa
Scd'o articulus iſtius dubij eſt an aliquid conſtituat pſonā:⁊ an aliquid in perſona patris ſit requiſitū ad cōſtitutionē pr̄is. Et hic eſt imaginatio quorūdā ꝙ ad cōſtituendū perſonā in diuinis cōcurrunt eſſentia ⁊ relatio perſonalis:ita ꝙ in patre eſt eſſentia cōis qua pr̄ hꝫ ꝙ ſit de⁹:et pr̄nitas q̄ ē relatio pſonalis:qua ꝯſtituit̄ pr̄ in eſſe pr̄is: ⁊ ſic in filio eſt eēntia ⁊ filiatio:⁊in ſpūſctō eſſentia cōis ⁊ ꝓceſſio. Sed iſte modus loquendi nō eſt conueniēs. Tū q: in perſona ponit pluriū rerū aggregatiōnē:qd tū nō eſt verū. Tū q: oē quod cōſtituitur ꝑ aliud cōſtituitur ꝑ illud ſm aliqd genus cauſe: videlicet efficientis/formalis/⁊ finalis: ſꝫ in deo nulla iſtarū poni dꝫ ad intra. Un̄ dico ꝙ nō cōſtituitur de⁹ vt aliqua pſona ꝑ aliqd:ſed ſine quacūqꝫ cōſtitutiōe ſiue cauſalitate ad intra deus eſt pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpiritusſctūs.

T Ad primum argu.

Ad argumēta huius dubij dicendū eſt. Ad primū qn̄ arguit̄ per Augu. vij. de trini. Oīs eſſentia que relatiue dicit̄ eſt aliqd excepto relatiuo. Uult dicere ꝙ de quocūqꝫ termino ſupponēte perſonaliter verificatur aliquod relatiuū:de eodē ſupponente perſonaliter verificatur aliqs terminus abſolutus: vt ſicut ſi hec ſit vera: ſortes eſt aīal:hec eſt vᵃ:ſor. eſt ſubſtantia ita ſi hec ſit vera:deus eſt pr̄: hec eſt vera: deus eſt ſubā. Nō aūt Augu. vult intelligere ꝙ in pſona pr̄is ſunt due res: quarū vna eſt relatio ⁊ alia ſubſtātia:q: ſic neceſſario eſſet in patre aggregatio rerū vel cōpoſitio:qd Aug. nullo mō cōcederet. Et ſi arguitur ꝯ per eundē. vij. de trini. ca. ij. Eo quippe filius quo verbū:⁊ eo verbū quo filius. Et infra. Non eo verbū eſt quo ſapientia dicitur. Et alibi. Non eo pater quo de⁹ Dicendum ꝙ nullū illo℞ intendit Augu. eſſe duas res in vna pſona: ſed vult ꝙ terminoꝝ predicabiliū quibus vtimur in diuinis:aliq̄ ꝯuertunt̄ ita ꝙ ab vno ad aliū affirmatiue ⁊ negatiue eſt bona ꝯn̄a. et de quocūqꝫ in diuinis verificat̄ vnus eorum: ⁊ ali⁹ eoꝝ verificat̄ de eodē:ſicut ſe habēt iſti duo termini filius ⁊ verbū. ⁊ ideo illa cauſalis eſt vera:filius eſt filius in diuinis quia verbū diuinū. ⁊ ecōuerſo:verbū diuinū eſt verbum diuinum:q: filius dei. ⁊ oē quod eſt filius eſt verbū et ecōtrario in diuinis:ſed de quibuſdā terminis quib⁹ vtimur in deo:nō eſt ſic. generaliter eni duobus generibus terminoꝝ vtimur ad exprimendam ineffabilē trinitatem. ſ. terminis abſolutis ⁊ reſpectiuis. ⁊ iſti termini abſoluti ⁊ reſpectiui nō ſunt ſimpliciter cōuertibiles. ſic igitur dicit Aug. nō eo verbum quo ſapientia. hoc eſt deus nō dicit̄ v̄bum abſolute:ſed relatiue. eodē mō non pr̄ quo deus. hoc eſt non abſolute:ſed relatiue.

Ad ſecundū.

Ad ſcdm qn̄ arguit̄:aliqd cōſtituit patrē i eſſe patris:ſed nō eſſentia:ergo aliud ab eſſentia. Dicendum ſi minor accipitur ꝓprie:falſum eſt:q: nec pater cōſtituitur in eſſe patris:nec eſt ille modus loquendi extēdēd⁹: ſed potius exponēdus: q: eſt improprius: licet doctores nō autētici ſic locuti ſunt:ſic ut Uēri. ⁊ Sco. ⁊ Hybernic⁹:ſꝫ iō ſic dicūt: ꝙ ſi ꝑ impoſſibile paternitas differret ab eſſentia in deo:tunc in perſona pr̄is eſſent duo:quoꝝ vnū eſſet cū pſonis:⁊ aliud differret. ⁊ iō ſm modū loquēdi quē hic habemus:dicunt ꝙ paternitas cōſtituit patrē in eſſe patris. hoc eſt:iō eſt pater:q: genuit filiū:nō ideo eſt pater q: deus:q: ſic q̄libet eoꝝ eſſet pater.

Ad tertium.

Ad tertiū qn̄ dr̄ ꝙ in pr̄e eſſet aliquid eſſentiale ⁊ aliqd notionale:q: de patre predicatur eſſe deū ⁊ eſſe patrē:⁊ tn̄ paternitas non dicit aliā in deo a deitate.

Ad q̄rtum.

Ad quartū qn̄ dicit ꝙ filiatio terminat īmediate vnionē nature aſſumpte: ⁊ nō eſſentia diuina. Dicendū ꝙ de virtute vocis aſſumptū eſt falſum:q: ita īmediate eſt eſſentia diuina īcarnata ſicut filius dei licet ſit facta perſonaliter ad pſonā: ⁊ non ad eēntiā. h̄ eſt dictu:vnio facta eſt ſic ad pſonā filij:ꝙ oē qd eſt filius eſt incarnatū ⁊ homo:ſed nō vnio facta pſonaliter ad eēntiam:vt oē qd eſt eſſentia dicat̄ homo vel incarnatū:ſed de cauſa nemo illud nouit exprimere ſufficienter.

Ad q̄ntum.

Ad quintū qn̄ accipitur ꝙ aliquid conſtituit prēm in eſſe patris ⁊c. Dico ꝙ hec eſt metaphorica ⁊ īpropria locutio:aliqd diſtinguit patrē a filio: q: ꝓprie loquēdo pater diſtinguit ſeipm̄ a filio:⁊ nihil diſtinguit prēm a filio:ſꝫ bene pōt dici ꝙ filiū aliquid diſtinguit a patre q: pater qui generat/diſtinguit filiū originaliter a patre.

E Ad ſe primū dubiū.

Ad ſeptimū dubiū an ſit aliqua ꝓductio in diuinis:verum eſt ꝙ doctores iſto termino ſepe vtuntur ꝓducere ⁊ ꝓduci ſicut alijs:ſꝫ in rei veritate opꝫ eū accipi improprie: proprie enim producere eſt aliquid extrahere de potētia ad actum:

quod nullo modo ↄuenit deo. Uñ licet oīs
generatio in creaturis ſit quedā ꝓductio:
nō ideo ſeq̄tur ꝙ diuina generatio ſit pro-
ductio: ſicut nec eſt mutatio. ⁊ ideo ſine p̄-
iudicio apparet verius dicēdū ꝙ deus eſt
tres pſone: ſcʒ gignēs genita / ⁊ producens
nec tñ filius generatur per ꝓductionē: nec
Ad pri mū ar. ſpūſſctūs ſpirat ꝑ ꝓductionē. Ad argumē
ta ↄñter reſpōdeo. Ad primū qñ arguitur
ꝙ nihil qđ de ſe eſt ⁊c. Uerū eſt loquendo
de acceptione que fit ꝑ extractionē de po-
tētia ad actū. ſic aūt nō accipit filius a pa
tre quicꝗ̄ actu accipiendi generatiōe ineſ
fabili qua gignēs ⁊ genitū ſunt vnū: ⁊ tñ
Ad ſecundū argu. genitū eſt a gignēte: qđ credēdū eſt in via:
vt videatur in patria. Ad aliud ptʒ per
predicta ꝙ non eſt ibi talis ꝓductio. Ad
X octauū dubiū qđ ē de regula Anſel. vnitas
Ad octauū Dubiū tenet ſuū ↄñs: vbi nō obuiat relatiōis op-
poſitio. Sciendū ꝙ Anſel. de ꝓceſ. ſpūſſcti
duas regulas ponit ca. ij. Una eſt quātum
ad vnitatē eſſentie in diuinis: ꝙ vnitas te
net ſuū ↄñs: vbi nō obuiat relationis op-
poſitio. Alia eſt quārū ad pluralitatē ſigni
ficatoꝝ: ꝙ pluralitas tenet ſuum ↄñs: vbi
nō obſtat ſingularitas vnitatis. Preterea
illa regula pōt ſic exponi: quādo duo termi
ni predicātur de tertio: ↄñs eſt: ꝙ vn⁹ con-
cluditur de alio: ⁊ hoc verū eſt: niſi obuiat
Ad primū ar. relationis oppoſitio. Ad rōnes in oppo
ſitū. Ad primū ſi iſte diſcurſus eſſet bonus
pater generat ⁊c. Poteſt dici ꝙ iſte due re-
gule efficiūt vnā cōpletā regulā. vnde ſecū
da pars obſtat in iſto argumento: qꝛ licet
inter eſſentiam ⁊ generare nō ſit oppoſitio
tamen vnitas eſſentie impedit ne cōcluſio
ſequatur: qꝛ ſi eſſentia generaret: eēntia dif
ferret a generato: ⁊ ſic genitum nō eſſet eſ-
Ad ſecundū ſentia diuina. Ad ſcōm concedo: qꝛ for-
ma Anſel. nunc nō valet gratia forme: ſed
Ad tertium. Anſel. arguit gratia materie. Ad tertium
poteſt dici ꝙ in differente obuiat relatiōis
oppoſitio: quia cū ſolus filius ſit incarna-
tus: patrē incarnatū nūc infert ſicut filiū.
Ad quartum. ⁊ ideo nō ſeq̄tur ꝓpter primā partē regule
Ad quartum manifeſtum eſt ꝙ ibi etiam
obuiat relatiōis oppoſitio: qꝛ licet iſte res
non dicantur relatiue ad patrem: in intel-
Y ctu tamen dicit filiū ⁊ ſpirituſſanctū que re
Ad nonū dubium. feruntur ad patrem. Ad nonū dubium
qñ queritur quare nō dicamus ꝙ pater eſt
aliud a filio: dicendum ꝙ ſiue proprie ſiue
improprie hoc inoleuit: ꝙ dicatur ꝙ pater

eſt aliud ſuppoſitū: ⁊ tamen nō ꝙ ſit aliud
a filio: qꝛ ly aliud dicit diuerſitatē eſſentie
ita ꝙ iſta / pater ē aliud a filio: intelligitur
ꝙ ſit alia res et alia eſſentia a filio. Itē ꝗ̄-
uis poſſet concedi ꝙ pater eſt alia res a fi-
lio: quia pater ⁊ filius dicuntur relatiue: ⁊
pater ⁊ ſpirituſſanctus ſunt tres res: non
tamen concedit eccleſia ꝙ pater ē aliud a
filio vl̄ a ſpirituſancto. Ad primū argu- Ad primum. argu.
mentum in oppoſitum: pater ē aliud ſup-
poſitum a filio: igitur eſt aliud a filio: ne-
gatur conſequentia. quia plus intelligitur
per conſequens ꝗ̄ per antecedens. Ad ſe Ad ſecundū
cundum dico ꝙ aliter exponunt theologi
iſtum terminum aliud / quādo applicatur
ad perſonas diuinas ꝗ̄ʒ grāmatici: ſecūdū
iſtū modū loquendi cōſequēter habent cō
cedere theologi tales: tantū pater creat: tā
tū filius eſt ſapiens: tātum ſpirituſſanctus
eſt ſumma bonitas. Cauſa huius ptʒ: qꝛ ex
ponētes eſſent ſm̄ modum loquendi de ly
aliud affirmatiue: manifeſtū eſt: ⁊ ſicut ne
gatiue nihil aliud a patre creat: nihil aliud
a filio ē ſapientia diuina: nihil aliud a ſpū
ſancto ē ſumma bonitas: ſed qꝛ exceptiuas
iſtas nō ſic exponūt: ideo eas cōiter nō cō-
cedunt. Ad decimū dubiū ⁊ ad vltimum Z
qñ dubitatur an hec ſit cōcedēda: deus eſt Ad decimum dubiū.
trinitas: dico ꝙ ſic. ſicut vbiqꝫ ptʒ in dictis
ſanctorum. Ad primū in oppoſitū qñ ar
guitur ꝙ predicatū nō cōicat alicui ſuppo Ad primū ar.
ſito ſubiecti. pōt dici ꝙ ſic. nā iſta res deus
aliqñ ſupponit pro patre ⁊ filio et ſpūſctō
⁊ pōt dici ꝙ iſte tres res relatiue diſtincte
ſunt vna pſona abſoluta ⁊ vnū ſuppoſitū.
Uñ hoc nomē deus aliqñ ſupponit ꝓ ſup
poſito relatiue tm̄: vt dicēdo deus gignit
deū: aliquādo cōiter ꝓ relatiuo ⁊ abſoluto
vt cū dicitur: deus creat: de⁹ gubernat. ali
qñ ꝓ abſoluto ſuppoſito tātū: vt de⁹ ē tres
perſone. Ad ſecundū dicendū ꝙ hec tri-
nitas eſt ſumme vna res abſoluta: ⁊ tamē Ad ſecundū
pluraliter relatiue dicitur. Ad tertiū cō Ad tertium.
ceditur ꝙ trinitas eſt perſona: ſed nō eſt ꝑ
ſonaliter: qꝛ nō diſtinguitur ab aliquo triū
⁊ ideo nō ponit in numerum cū eis. Ad AA
rationes principales. Ad primum dicēdū Ad primū prī.
ꝙ argumentum eſt bonum ad probandū
ꝙ nō ſunt plures dij: ſed ad probādū ꝙ nō
ſunt plures perſone non valet: cuius cauſa
eſt: quia ſi eſſent plures dij: eſſent plures
potentie: ⁊ tota perfectio que eſſet in vno:
eſſet duplicata; et ſic alter eorum ſuper-

ſiueret:ſʒ hoc nõ eſt verũ de pſonis:qꝛ ĩ tri
bus pſonis nõ eſt vnica pfectio oĩno. ꝛ iõ
cõcedendũ eſt ꝙ nulla pfectio q̃ eſt in vna
BB deeſt alteri:ꝛ nõ ſeqtur:vltra:igit̃ vna ſu⸗
Ad ſe⸗ perfluit. Ad ſcđm ꝯcedit̃ ꝙ tres pſone ſũt
cundũ tres:ſicut cõcedit mgr̃ diſ.xxv.ad Aug.qñ
dicit ꝙ noĩa dicta ad ſe nõ dicũtur plurali
ter de perſonis:intelligendũ eſt de noĩbus
que nõ ſunt cõia ad noĩa abſoluta ꝛ ad no
mina relatiua:cuiuſmodi eſt iſte terminus
res:ꝛ ſicut ẽ de iſto termino pſona:q̃ dꝛ ad
CC ſe ſm Aug.lib.vij.de trini. ꝛ tñ p̄dicat̃ de
Ad ter patre ꝛ filio ꝛ ſpũſctõ in plurali. Ad ter⸗
tium. tiũ quãtũ ad formã ſyllogiſmi expoſitorij:
dictũ eſt in ſolutione p̄mi dubij:qꝛ ipſa eſt
gñalis:ſi obſeruat̃ forma talis in his ter⸗
minis ſupponẽtibus ꝓ deo. Notandum
eſt tñ ꝙ aliqñ eſt bonus diſcurſus in tali
ſyllogiſmo:puta ſic arguẽdo.iſte pater eſt
deus:iſte pater eſt pſona:igitur aliqua per
ſona eſt deus. ſed hoc eſt gratia materie.
Unde diſcurſus qui tñ in forma eſt ei ſimi⸗
lis:nihil valet.iſte pater diſtinguit̃ a filio:
iſte pater eſt deitas:igitur ꝛc. Quantũ ad
formas prime figure que regulãtur imme
diate per dici de omni ꝛ de nullo in termi⸗
nis iſtis ſupponentibus ꝓ deo ꝛ perſonis
diuinis:vide Ockam.

A
Qõ.xi. **Circa principiũ ſe**cũdi libri in quo agit̃ de cauſa
litate dei reſpectu creature q̃ro
iſtã queſtionẽ. Utrũ deus ẽ cã
Primũ effectiua oĩm aliorũ a ſe: Et arguit̃ ꝙ non
princi. qꝛ tũc deus creaſſet mundum naturaliter:
ꝛ nõ libere. Nã ſicut intelligendo ſe intelli
git oĩa alia:ita volẽdo ſe vult oĩa alia: ſed
naturalr̃ vult ſe: ita ꝛ alia: ſʒ nõ naturalr̃:
qꝛ tunc nõ poſſet adnihilare mundũ cõtra
Anſel.de libe.arbi.c.viij.ꝛ Aug.iiij.ſuper
Gen̄.c.xiiij.Tum qꝛ tũc mundũ ab eterno
Scđm feciſſet. Scđo.nihil qđ eſt neceſſe eẽ:for
maliter de ſe hr̃et cãm effectiuã: ſed multa
alia a deo ſunt de ſe neceſſe eſſe: ſicut ange
li ꝛ corpora celeſtia. Que iſta ſunt neceſſe eẽ
ꝓbat̃.qꝛ nõ habẽt potentiã ad nõ eſſe: qꝛ
carẽt materia:q̃ eſt potẽtia ad eſſe ꝛ ad nõ
B eſſe. Ad oppoſitum Gen̄.j.In principio
In op⸗ creauit ꝛc. In iſta q̃one videndũ eſt de q̃n⸗
poſitũ q̃. Primo videndũ quid de illa queſtione
Deciſio ſenſerint philoſophi. Scđo quid tenendũ
q̃onis. eſt in re. Tertio qualiter deus ſine ſui mu⸗
tatione potuit creare de nouo. Quarto an
cauſet naturaliter. Quinto an cauſet imme
diate in actione cuiuſcꝫ creature. Quan E
tũ ad primũ dicit Ockam ꝙ intẽtio philo Prim⁹
ſophi eſt ꝙ ſic. ꝛ hoc probat tali ratiõe ſm articl̃s
Ariſt. intelligẽtie dependẽt a deo. q̃ro vtrũ
in genere cauſe efficientis: ꝛ habet̃ ꝓpoſi⸗
tũ:an in genere cauſe finalis: ꝛ ſequitur ꝓ
poſitũ:qꝛ deus cuiuſcꝫ eſt cauſa finalis et
efficiens. Cuius probatio eſt:qꝛ cauſalitas
cauſe finalis nõ eſt niſi mouere efficiẽs ad
cauſandũ:igitur ſi intelligentia habet cau
ſam finalẽ:ita mouebit efficiẽs ad cauſan
dũ:ſed nõ poſſunt effici niſi a deo:igitur ſi
deus eſt cauſa finalis:erit ꝛ efficiens. igit̃
ſm eũ deũ eſſe cauſam omniũ poteſt ꝓba⸗
ri per iſtã rationẽ: ꝛ hec eſt intẽtio philoſo
phi:ſed tamẽ deũ eſſe cauſam omniũ alio⸗
rũ a ſe de nouo nõ poteſt probari: qꝛ tunc
põt ꝓbari ꝙ cauſaret cõtingenter ꝛ libere Argui
Sed cõtra illa arguo ꝙ non eſt de mente tur pri
Ariſt. intelligentiã habere cauſam efficien mo.
tẽ: ꝓprie loquendo de cauſa efficiente. hoc
ꝓbatur ſic. illud nõ fuit de mẽte Ariſt. po
nere creaturã:ſed magis negare: ſicut patꝫ
v.phyſi.vij.metaphy.ꝛ.ij.de generatione.
In iſtis eñ locis intendebat ſufficiẽter di⸗
ſtinguere oẽm factionẽ vel ꝓductionẽ poſ
ſibile:ſed ſi poſuiſſet intelligentias eſſe ꝓ⸗
ductas:poſuiſſet eas ſimplr̃ creatas:igitur Scđo.
hec nõ poſuit. Scđo ſic. principiũ eſt apđ
eũ:ꝙ nulla ſuba põt eſſe poſſibilis de ſe:ꝛ
acq̃rere ꝑpetuitatẽ vel neceſſitatẽ ab alio:
ſed omnis intelligentia habuit neceſſitatẽ
eſſendi de ſe:ergo nõ habuit hoc ab alio ſe
cundũ eũ:igitur habent de ſe neceſſe eſſe. ꝯ
nõ habẽt aliquã cãm effectiuã. Primũ aſ⸗
ſumptũ.xij.meta.cõmento.xlj.dicit cõmen
tator ſic. ꝙ nõ eſt timendũ celũ quieſcere.
ꝛ dicit corrumpi. corruptio eñ in eo nõ eſt
poſſibilis ſicut quies. Et in eo nõ eſt verum
dicere aliquid de ſe poſſe eſſe eternũ: ꝛ ne⸗
ceſſariũ ex alio: ꝛ ꝙ neceſſariorũ quoddã ẽ
nõ neceſſariũ per ſe: ꝛ neceſſariũ per aliud
nõ eſt niſi in motu cauſe tantũ:aut aliquid
ſit poſſibile in ſubſtãtia ſua: ꝛ per aliud ſit
neceſſariũ in eſſe impoſſibile. Impoſſibile
eſt enim vt aliquid idẽ ſit in eſſe in ſubſtan
tia ſua:et recipiat ab alio neceſſarium eſſe:
niſi eſſet poſſibile ꝙ natura eius tranſmu
taretur. motus autem poſſibile eſt vt ſit ne
ceſſarius ex alio:et poſſibilis ex ſe: ꝛ cauſa
eſt in hoc:quia habet eſſe ex alio:ſcilicet a
motore. Ecce expreſſum iuxta commentũ

apud Ariſt. ꝙ eſt impoſſibile aliquid poſ-
ſibile eſſe ex ſe/ et neceſſariũ ex alio: niſi mo
tus. et cauſa illius eſt: qꝛ motus hꝫ eſſe ex
alio. vnde dicit infra. Impoſſibile eſt inue
niri ſubſtãtiam poſſibilem ex ſe: et neceſſa-
Tertio riã ex alio: qꝺ eſt poſſibile in motu. Ter
tio dicit idẽ cõmen. quarto ce. Res eterne
nõ habẽt agẽs niſi ſm ſimilitudinẽ: neqꝫ
habẽt ex quatuoꝛ cauſis niſi formalẽ et fi-
nalẽ. et ſi habuerint aliqͩ qꝺ eſt agẽs: non
erit hoc niſi quãtũ forma eſt ibi et ꝯſeruãs
ergo ꝓprie loquẽdo res eterne ſm eũ non
Quar- hñt cãm effectiuã. Quarto ſic. xij. meta.
to. cõmen. vſ. ſi ſunt entia celeſtia imobilia:
vt declaratũ eſt alibi: nullũ eoꝝ acquirit
eſſe neceſſariũ ab alio in eis. igiᷓ ſm eum
Quĩto quodlibet eoꝝ eſt de ſe neceſſe eſſe. Quin
to ſic. Ariſt. ij. celi ponit diuerſos gradus
entiũ: quoꝝ prim⁹ gradus eſſendi eſt ipſi⁹
optimi. Unde dicit ꝙ illi quod eſt optime
diſpoſitũ: ineſt ſuũ optimũ ſine actione. et
ꝯmẽtatoꝛ. Prim⁹ ordo entiũ ẽ: ꝙ cõphen
dũt nobilitatẽ pfectã ſine actiõe: et diuerſi
ficaᷓ ſm magis et minus: cuiuſmodi ſunt
entia abſoluta. ꝗ ſm Ariſt. pͥma cã non eſt
Sexto effectiua: nec hꝫ aliquã actionẽ. Sexto
ſic. qꝛo ſi Ariſt. ponit deũ eẽ cãm effectiuã
intelligẽtiaꝝ: vtrũ ponit deũ cauſaſſe eas
libere an neceſſario an naturaliᷓ? Si libe-
re: igiᷓ libere poſſet non cauſaſſe eas. ꝗ in-
telligẽtia eſt poſſibilis non eſſe. vel hꝫ eſſe
neceſſariũ: igiᷓ eſt poſſibile nõ eſſe de ſe: et
habet neceſſitatẽ eſſendi ab alio. Similiᷓ
ſi libere: nõ eſt neceſſe mundũ eſſe eternũ:
ſed oĩa põt libere adnihilare ſicut libere ꝓ
duxit. ſꝫ naturaliter certũ eſt ꝙ poſuit eũ
eſſe infinite ꝟtutis intenſiue. igiᷓ ꝓduxit
infinitũ effectũ. ꝯña ꝓbaᷓ. qꝛ virtus infi-
nita agens/ naturaliter agit infinite. igiᷓ
produxit omnia equalia: qꝛ omnia infini-
ta: qꝺ cõſtat eſſe falſum. Si dicitur quare
nõ ꝓduxit niſi vnũ infinite? ſaltem de illo
nõ poteſt dici rõ quare nõ ſit infinitũ: vel
quare nõ ſit perfectius quaſi incerto qua-
re dato ſi cauſabit a virtute infinita agẽs
Septi- naturaliter. Septimo hec videᷓ eſſe in-
mo. tentio Ari. xij. meta. vbi vult ꝙ pͥmus mo
toꝛ mouet ſicut amatũ et deſideratũ: igitur
Octa- nõ effectiue. Octauo ſic. xij. meta. cõmen
uo. to. xlj. Ab agẽte nihil ꝓuenit: niſi extra ha
bere id qꝺ ẽ in potẽtia ad actũ: ſꝫ in pͥnci-
pijs eternis nõ ẽ potẽtia: vñ nec agẽs: ſed
tantũ ẽ illic ĩtelligẽs et ĩtellectũ/ pficiẽs. et

pfectũ. Et ſupius in eodẽ cõmẽto dꝛ ꝙ in
eternis nõ eſt ꝓuentus neqꝫ actio. Uerũ ẽ
ꝙ ille auctoritates nõ multum mouẽt ad
negandũ titulũ qͦſtionis: ſed rõnes pͥma et
ſexta bene mouẽt. Suppono enim ꝙ po D
ſuit deũ agere naturaliᷓ et nõ libere: qꝛ aliᷓ Sup-
habuit mũdũ ponere eſſe ꝯtingẽter. et poſ ponit
ſibile eſſet oĩa nõ eẽ motũ/ tpͣs/ celũ/ et ele- auctoꝛ
menta. et ꝯñter oẽs ꝓpõnes cathegoricas pͥmo.
affirmatiue formatas habuit ponere eſſe
ꝯtingentes: que oĩa ſunt ꝯ̃ intẽtionẽ ſuã.
Unde cõiter poniᷓ deũ poſuiſſe agere ex
neceſſitate nature. Secũdo ſuppono ex Scdo.
viij. phyſi. et xij. meta. ꝙ poſuit deũ eſſe in-
finite virtutis intẽſiue. Si igitur iſta ſunt
de intẽtiõe ſua: nõ video qn potuit ꝯñter
dicendo ponere eũ cãm efficientẽ aliorũ a
ſe: vel etiã eũ eſſe cãm totalẽ vel partialẽ
alicui⁹ mot⁹: qꝛ ponẽdo eũ motorẽ natura
liter et infinite ꝟtutis intẽſiue: ſeqͥᷓ ꝙ nõ
ageret in nõ tpe. et nõ videᷓ ꝙ ipſe voluit
deũ eſſe pͥmã cãm et pͥmũ motorẽ: ſꝫ ꝙ tñ
mouet metaphorice motiõe finis: et nõ mo
tiõe efficiẽtis. Ad rõnẽ quã adducit: oſten
dẽs ꝙ ſi ponaᷓ in eſſe cã finalis: erit ꝯñter
cã efficiẽs: ꝯña nõ valet. Et qñ diciᷓ: cã fi-
nalis mouet efficientẽ: ꝯcedo: nõ ſicut effi
ciens: ſꝫ ſicut finis. vnde de⁹ mouet motio
ne finis ĩtelligẽtias ad agendũ. Uñ argu-
mẽtũ aſſumit ac ſi cã finalis deũ moueret
ad agẽdũ: qꝺ falſum ẽ: ſꝫ mouet illa reſpe
ctu quoꝝ dꝛ finis intẽtus. Uñ ſicut pecu-
nia mouet auaꝝ ad laborãdũ: tñ in nullo
eſt cauſa efficiẽs neqꝫ ſui neqꝫ motus ſui.
ita põt poni de⁹ cã oĩum finalis: ſꝫ nullu⁹
ſit cã efficiẽs. In hoc ergo argumẽto non
qꝺ ſentiũt vniuerſi pħi volui enumerare:
ſꝫ tantũ qͩ illi ſentiũt qͦꝝ in vſu habem⁹. ſ.
Ari. Auerrois ſuus cõmẽtatoꝛ. Plato ꝟo
poſuit mũdũ a deo ab eterno ꝓductũ: ſic-
ut dicit Aug. in de ciui. dei. cũ tñ Ariſt. di-
cit de Platone. viij. phy. c. iij. ꝙ ſolus Pla
to inter oẽs pħos antiquos generat tpͣs.
ſimul eñ factũ eẽ cũ celo: celũ eñ factũ eẽ
dicit cõmẽtatoꝛ cõmẽto. x. Platoni eñ ac
cipiendũ ꝯ̃riũ ei qꝺ accipiũt antiqͥ. ꝯceſſit
eñ tpͣs ſequi motũ celi: ſꝫ non ꝯceſſit ipm
eẽ eternũ: ſꝫ gñatũ. Ecce plane ꝯ̃dicũt Ari
ſto. et Auerrois poſitiõi Platonis. Quãtũ
ad op. Auicẽne pꝫ. viij. me. cõ. iiij. ꝙ ponit
ſubiectũ primũ eſſe neceſſe: et oẽs naturas
alias poſſibiles eſſe ex ſe: et ꝙ eſſe aliorum
ſluit a deo imediate: nõ eſt niſi vnũ. ix. me-

taph.c.iiij. Itē ꝙ tantū vnū eſt: neceſſe eē lib.ij.c.vij. Itē oē qđ incipit eſſe poſt non eſſe: h₃ materiā.iiij.metaph.c.ij. Vñ p₃ ꝙ ponūt deū eē cām effectoꝝ effectiuā oium remotā: ⁊ ſm ordinē ꝙ imediate ꝓduxit intelligentiā primā: ⁊ iſta aliam: ⁊ ſic vſq₃ ad aīam orbis ⁊ mundi. ſ₃ de poſitionibus philoſophoꝝ nō plus: q₃ multa varia ſcri

E Scđs arti. pſerunt. Scđs articulus eſt dicere qđ ſit dicendū in rei veritate. Dico igitᷣ ꝙ illud tenendū eſt qđ ſcribitᷣ in ſymbolo Niceni cōcilij.ſ. ꝙ credendū eſt deū eē factorē celi ⁊ terre: viſibiliū ⁊ inuiſibiliū: ⁊ oīm alioꝝ a ſe.

F Tertiꝰ arti. Tertiꝰ articulꝰ eſt videre quō deus ſine ſui mutatione pōt cauſare aliud de nouo: ⁊ maxime de nihilo. Et arguitᷣ ꝙ non:

Arguitur primo. q₃ omne qđ vniformiter ſe h₃ nūc ſicut prius: ſi modo cauſat ⁊ prius cauſauit: ⁊ ſi prius nō cauſauit ⁊ modo nō cauſat: igitur ſi deus de non cauſante fit cauſans de nouo

Scđo op₃ neceſſario ꝙ muteᷣ. Scđo ſic. omne qđ eſt ſemꝑ eque determinatū ad agēdū: agit ſemꝑ equalr̄: vel nō agit: ſ₃ deus non poteſt incipere vt determineᷣ ad agendū:

Tertio igitᷣ nō potuit incipe agere. Tertio idem manēs idem/⁊ ſilr̄ manens: ſemꝑ natū eſt facere idē.ij.de generatione. igitᷣ nulla variatio pōt eſſe in effectu: nec inceptio circa effectū: niſi ꝓcedat ex mutatione aliqua circa cām. Si dr̄ ꝙ iſta rō bñ tenet de agēte naturali: ⁊ nō de alio. Cōtra. nullū agēs volūtarie differt actionē ſuā: niſi expectādo opportunitatē tpis que non conſtat ad actionē ſuā: ſed deus nō indiget aliqua viciſſitudine tpis: nō igitᷣ h₃ rationem expectādi. Et hāc rationē vehemēter ponderat cōmētator.viij.phyſi.cōmen.xv. vbi oīno ex intētione arguit cōtra fidē chriſtianoꝝ de inceptione mundi a deo. Sed ad iſta dicendū ꝙ voluntas dei ſine ſui mutatione pōt cauſare de nouo. Unde ſicut voluntas mea pōt ꝓducere velle aliqđ cras iſta hora: ⁊ iſtā volūtatē ꝯtinuare: ⁊ tñ nō ſtatim cauſaᷣ: ⁊ tunc adueniēte hora cras cauſat ꝓpoſitū ſine ſui mutatiōe qñ effectꝰ ꝓducetur: ⁊ ita ꝙ nulla variatio ſit in cā: ſ₃ tantū circa effectū: ita volūtas diuina ꝑ velle eternū pōt nūc aliqđ de nouo ꝓducere ſine ſui mutatione: quātūcūq₃ male opinaᷣ iſte blaſphemus cōmētator. Quare autem tūc potius ꝙ alr̄s placuit deo ꝯdere: videamus Aug.xj.de ciui.dei.c.iiij.v.⁊.vj. q̄ nō arbitrantur deum de nouo poſſe ꝓducere ſine noua voluntate. dicit.c.v. ꝙ ſimile eſt querere quare deus potius tūc ⁊ nō antea voluit mundū creare: ⁊ quare potius hic ⁊ nō alibi: de loco loquēdo: voluit mundū creare. q₃ ſicut poſſunt cogitari infinita tēpora ante mundi cōſtitutionē: ita poſſunt cogitari infinita mūdi ſpatia locoꝝ extra ſpatiū in quo mundus eſt: iō rñdet Aug. infra ꝙ mundus nō eſt factus poſt tpꝰ: ſ₃ cum tpe. vnde idē de geñ. cōtra Manich. lib.ij. cito poſt princ. ⁊ allegat magiſter in ſ.diſt.xlv.c.iiij. Si qui dixerint: quid placuit deo facere celū ⁊ terrā: vide ibi. voluit ꝙ voluntatis diuine nō d₃ queri cauſa.

B Ad primū ar. Ad primū negaᷣ antecedēs: q₃ deus vniformiter ſe habens nūc ⁊ prius/⁊ voluntas creata ſimilr̄ pōt de nouo cauſare: cū eſt libertas voluntatis q̄ libere cauſat qñ vult: ⁊ ceſſat qñ vult.

D Ad ſecundū. Ad ſcđm nego illā ꝯñaz deus nō pōt incipere vt d₃ ⁊c. ꝓprie em̄ loquēdo deus nō pōt incipere determinare nec determinauit eſſe ad ꝓducēdū ex tpe. tales em̄ ꝓpōnes importāt deū aliquādo indifferēter elegiſſe mundū ꝓducere ex tēpore: ⁊ hoc nō poſſumꝰ imaginari: niſi ponamus in deo nouā electionē: ⁊ deū habere actū elicitū: ⁊ mutari ſicut nos mutamur: qđ totū falſum eſt de deo. Ideo dicēdum ꝙ deꝰ libere ab eterno voluit mūdū ꝓducere ex tpe: nunq̄ tñ ſe determinauit ad h. Nā ꝑ determinare op₃ intelligere incipe in tpe opationē elicitā. Vñ qñ dicimus ꝙ deus ab eterno libere voluit: nō ponimus in deo aliquā deliberationē: ſicut fit ī actibus nr̄is: ſ₃ ab eterno libere voluit. ⁊ ſi h eſt difficile ad imaginādum: nō ſit difficile ad credēdū credēti maiora.

I Ad tertium. Ad tertiū cōcedo ꝙ idē ſemꝑ manēs idē ſemꝑ eſt natū facere idē: ſ₃ nō ſemꝑ facit idē: ſicut dictū eſt. Ariſt. intelligit de agēte naturali: ſicut diceᷣ in rñdēdo ad cōmētatoiē: ꝙ agēs volūtariū nō differt actionē ſuā ⁊c. Pōt dici ꝙ hoc eſt falſum ſi accipiᷣ vniuerſalr̄: ſed de nobis cōiter ita eſt. Silr̄ qñ dicit ꝙ volitū nō poſtponiᷣ volūtati: niſi ꝓpter defectū aliquē in volūtate: falſum ē: ſ₃ poſtponitur ideo q₃ nō placet aliter volūtati ſm imaginationē: q₃ regulariter poſtponi eſt eſſe poſt continue: ſed ſic mundus non fit poſtpoſitus diuine volūtati ſiue volitiōi.

K Quartus ar. Quartus articulus eſt videre quomodo deꝰ agit: naturaliter an libere. Ad hoc dico dupľr: ꝙ deꝰ agit q̄cqđ agit libere. Di

co ꝙ hec nõ põt demõſtrari: quin infide lis poſſet ad eam reſpõdere. Primũ patet ſatis: qꝛ cõſequẽs eſt ad ea que fidei ſunt. tenet enĩ fides deum potuiſſe ꝓducere an teꝙ̃ ꝓduxit: ſm imaginationẽ: capiendo ly ante: ſicut dicim⁹ ꝙ põt modo ponere vnum mundũ extra iſtũ capiẽdo ly extra vt importat ſpatiũ imaginatũ: ideo ſi pro duxiſſet: naturaliter ꝓduxiſſet. Oppoſitũ tenet fides: dicẽs duratiõnẽ mundi eſſe iã fere. M.ccxxij. annorũ. ſicut ſi produxiſſet naturaliter ex: nõ põt adnihilare mũdũ. Si militer ſi ſic: hõ ⁊ angel⁹ in nullo ſibi pro ſua ꝓductione tenerent̃: qđ eſt abſurdum catholico. Scđo oñdo ꝙ hec veritas ſola fide tenẽda eſt: nec rõne cõuinci põt reſpu enti ea q̃ fides credit. hoc aũt indirecte ꝓ bo. Pono rõnes doctoꝝ: applicando ad

Ratio prima ſcoti. eas rõnes pħi. prĩo arguit Scot⁹ ſic. ſ. ſẽ. di. viij. q. v. de imutatiõe dei. Illđ qđ ſum me neceſſariũ eſt: nõ põt nõ eẽ ꝓpter non exiſtẽtiã cuiuſcũꝙ alteri⁹ a ſe: ſꝫ de⁹ ẽ hu iuſmodi: g̃ ⁊c. ꝑꝫ: qꝛ ſi haberet neceſſariã habitudinẽ ad cauſandũ aliqđ: neceſſario depẽderet ad iſtud ⁊ ad iſtud nõ eẽ: ſeqꝛ̃ deũ nõ eẽ: qđ eſt ipoſſibile. igit̃ ⁊c.

Scđa. Scđo aliqđ cõtingẽter eſt in entib⁹: igit̃ pꝛĩa cã cauſat cõtingẽter. aña cõcedit̃ ab oĩbus: g̃ ⁊c. ꝯña tenet: qꝛ ſcđa cã nõ agit niſi vir tute pꝛime: g̃ ſi pꝛĩa cauſa neceſſario agit: ſeqꝛ̃ ꝙ oĩs cauſa ſcđa neceſſario agit.

Tertia Tertio. malũ fit in vniuerſo: g̃ de⁹ non neceſſario agit. ꝯña ꝑꝫ: qꝛ agẽs neceſſario ꝓducit tãtũ effectũ quãtũ põt ſuſceptiuũ recipere: ſed effect⁹ dei eſt bonitas: g̃ ꝓdu cit in vnoquoꝗ bonitatẽ quãtũ vnũqđꝗ põt recipere.

Quarta. Quarto. oĩs cauſa agens neceſſario / agit ſm vltimũ ſue potentie. ſi igit̃ deus agit neceſſario: agit ⁊c. Confir matur: qꝛ ſi ſic: cũ ſit in eius ꝑtãte cauſare oẽ cauſabile: deus cauſabit oẽ cauſabile. ⁊ ſic nulla cã ſcđa cauſat aliqđ. Primũ aſ ſumptũ ꝑꝫ: qꝛ ſicut nõ eſt in ꝑtãte agen tis naturalr̃ agere ⁊ nõ agere: ita nõ eſt ĩ ſua ꝑtãte agere inteñe ⁊ remiſſe: igit̃ agit

Quita ſm vltimũ potẽtie ſue. Quinto. ſicut ar gutũ eſt ſupra: ageret in non tꝑe: ⁊ moue ret celũ in nõ tꝑe. Sanct⁹ Tho. cõtra Ge ne. lib. ij. c. xxiij. adducit ad idẽ octo ratio

Prima rõ ſcti thome nes. Prima ſic. oĩs agẽtis ꝑ neceſſitatẽ nature virtus determinat̃ ad vnũ effectũ ſed de⁹ eſt cauſalis oĩm: ergo nõ determi

Scđa. nat̃ ad vnũ. Scđa ſic. q̃cũꝗ coꝝ q̃ põt fa cere / q̃dã facit: ⁊ q̃dã nõ facit: agit libere ⁊ ꝑ electionẽ: ſꝫ multa nõ fiũt ĩ reb⁹ q̃ de⁹ poſſet facere: vt ꝑꝫ in figuris corpoꝝ ⁊ in motibus ſiderũ. igitur deus non oĩa facit q̃ facere poſſet. ergo q̃ facit: facit libere. q̃ omittit: omittit libere.

Tertia Tertia ſic. intelle ctus nullũ effectũ facit niſi mediante vo luntate: ſed deus eſt eſſentialiter intelle ctus: ergo deus quicqđ agit: agit ꝑ volũ tatẽ: ⁊ nõ per neceſſitatẽ nature.

Quarta. Quar ta ſic. oẽ agẽs vel eſt ĩmanens vel trãſiẽs. ix. meta. ſed actio dei non eſt tranſiens: qꝛ actio dei eſt ſua ſubã: igitur eſt ĩmanẽs: ſꝫ actio ĩmanẽs ĩ ſubſtãtia ſimplr̃ ſpũaliter nõ eſt niſi cognoſcere ⁊ velle: ergo de⁹ qcꝗ quid agit: agit cognoſcẽdo ⁊ volẽdo: non ergo per neceſſitatẽ nature.

Quita Quinta ſic. omne agẽs agit ꝓpter finẽ: vel cognoſcit finem: vel dirigitur ab alio cognoſcẽte fi nẽ in illũ finẽ: ſꝫ pꝛimũ nõ dirigit̃ ab alio in finẽ: ergo cognoſcit finem: ergo agit ꝑ intellectũ ⁊ voluntatem.

Sexta Sexta ſic. agẽs per ſe eſt pri⁹ agente per aliud. ſed agens naturaliter ⁊ neceſſario nec habẽs dñium ſui actus / eſt agẽs ꝑ aliud: immo actũ ab alio: ergo deus cũ ſit pꝛimũ agens: nõ erit agẽs ꝑ aliud: nec actus ab alio: ſed agens ꝑ ſe habẽs dñium ſui act⁹: igit̃ ⁊c.

Septima. Septi ma pꝛima actio debet̃ pmo agẽti: ſꝫ actio voluñtatis ẽ pꝛioꝛ actu nature: qꝛ ꝑfectioꝛ. quod ex hoc ꝑꝫ: qꝛ ꝑfectioꝛa ſũt ea q̃ agũ tur per volũtatẽ: ꝙ ea que agunt̃ per ne ceſſitatẽ nature: ſed de⁹ eſt agẽs ꝑfectiſſi mũ: igit̃ ſibi debet̃ actio perfecta.

Octaua. Octa ua ſic. ſicut bonũ vlẽ ad bonũ ꝑticulare: ſic agẽs vlẽ ad agẽs ꝑticulare. ſꝫ bonũ vlẽ ẽ ſubiectũ agẽtis vniuerſalis: ⁊ bonũ ꝑticu lare agẽtis particularis: g̃ agens particu lare eſt poſteri⁹ agẽti vniuerſali ⁊ ſicut ei⁹ inſtrumẽtũ: ergo pꝛimũ agẽs eſt agẽs bo nũ. Ad iſtas rationes rñderet faciliter

T pħs aliqs qui principia fidei nõ haberet.

Ad primã rationẽ ſcoti. Ad pꝛimã diceret ꝙ de⁹ haberet neceſ ſariã habitudinẽ ad mundũ. ⁊ concederet ꝙ ad mũdũ nõ eſſe / ſequit̃ deũ nõ eſſe: et econtrario. ſicut ex impoſſibili quilibet cõ cederet: diceret enĩ deũ eſſe ſumme neceſſe eẽ: qꝛ eſt neceſſe eẽ in ſe ⁊ cauſa alijs mul tis: vt corpib⁹ celeſtib⁹ ⁊ elemẽtis: ita iſta cõditionalis eſt ꝟa: ſi mũd⁹ nõ eſt: de⁹ nõ ẽ ſed tñ ãtecedẽs ꝙ̃ ꝯñs eſt ipoſſibile apud eũ.

Ad ſecundã Ad ſcđam negat̃ pꝛĩa ꝯña: qꝛ oẽ corp⁹ celeſte agit necẽario; ⁊ cum hoc libere agit.

Unde bene ſtāt ſimul: ꝙ deꝰ cauſet libere
corpa celeſtia ⁊ intelligētias: ⁊ ꝙ tñ non
cauſet effectꝰ hoim ⁊ intelligentiarū: ⁊ iō
reſpectu aliqrū effectuū pñt tales eſſe cō-
tingētes. licet deꝰ agit neceſſario aliqs ef-
fectꝰ: ſicut ipemet deꝰ pōt cogitari ꝓduce-
re qdā libere: quedā neceſſario. Un̄ forma
arguēdi nō valet: ſicut nō ſequit: deꝰ agit
libere: ḡ oīs cā ſecūda agit libere. nec itez
ſeqtur: oīs cā ſcōa agit cōtingēter: igitur
N deꝰ agit contingēter. Ad tertiū/preterea
Ad ter- ꝯña nō valet: ⁊ ſi valet: cōcludit pari rōne
tiam. ꝙ deꝰ agit libere: ſic. malū eſt in vniuerſo:
ḡ deꝰ nō agit libere: qꝛ ſicut arguit effectꝰ
dei: ⁊ deꝰ volūtate agit: ⁊ cauſat oē qđ fit
ḡ tātū dꝫ vnicuiqꝫ de bonitate/quātū vult
ꝙ hꝫ: ſꝫ nihil qđ tātū de bonitate hꝫ quā-
tum deꝰ vult ꝙ hꝫ/eſt malū: ḡ malū non
eſt in vniuerſo. Diceret igitur ꝙ deꝰ age-
ret naturaliter quicqd agit imediate: ſed
ꝙ malū in vniuerſo cōtingeret ex defectu
cauſarū: ⁊ ſcđo malū morale ex libero ar-
bitrio. malū nature ex indiſpoſitione agē-
tis partialis: vel inobediētia materie: vel
impedimēto ꝯrij agēti pticulari. Un̄ deus
ſm eos nullo modo eſſet cauſa: niſi vellē
O dicere ꝙ Adā fuiſſet cā actꝰ mei. Ad qr-
Ad qr- tū dicet ꝙ deꝰ nō egiſſet quātū potuiſſet
tam. qn̄ accipit ꝙ tūc deꝰ cauſaret oē cauſabi-
le: negat ꝯña: qꝛ deꝰ nō pōt ſm pħm cau-
ſare oē cauſabile imediate. nō em̄ cauſaret
hoiem ſine celo ⁊ elemētꝭ. ꝯcedit reſpectu
P illorū q cauſant imediate: nō pñt intēſius
Ad qn- ⁊ remiſſiꝰ agere. Ad qntū ꝙ mouet celū
tam. in nō tpe: ꝯña nō valet: qꝛ nō pōt mouere
celū naturaliter ⁊ neceſſario: ſꝫ libere: im-
mo ſm aliqs hec ē neceſſitas: qꝛ Auerrois
Q attribuit celo duplicē motorē. ſ. cōiūctum
Ad pri- ⁊ ſeparatū. Ad ſextū poſſet dici ꝙ aſſum-
mā ſcti- pſit falſum: qꝛ celū agit de virtute nature
tho. ⁊ ignis ſicut ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle: ⁊ tñ mul-
tos effectus inter ſe diſtinctos ꝓduxit. ſic
diceret ꝙ deꝰ partes integrales mūdi ſic-
ut corpora celeſtia ⁊ elemēta imediate ꝓ-
duxit: ⁊ qꝛ virtute illorū oīa alia produxit
R cōtingēter: ideo dꝛ deꝰ cā mediata ⁊ remo-
Ad ſe- ta. Ad ſeptimū ſi concedit tam maior ꝙ̄
cundā. minor: nō ꝯcederet argumētū: niſi ꝙ deꝰ li-
bere ageret a natura: ⁊ omitteret actu. et
cū hoc tñ ſtat ꝙ libere cauſaret iſta: vt do-
ctor ille ponit: ꝙ volūtas creata naturalr
cauſat actū volēdi reſpectu finis ⁊ reſpe-
ctu alioꝝ libere. Idē diceret apud iſtos q
ponūt deū nihil imediate cauſare in iſtis
inferioribus: nec oppoſitū illiꝰ pōt proba-
biliter oſtēdi. Ad octauū qn̄ dicitur ꝙ in- S
tellectꝰ nullū effectū cauſat niſi mediante Ad ter-
volūtate: dicit ꝙ hec eſt falſa: qꝛ itellectꝰ tiam.
ē volūtas. ⁊ ſic volūtas nō intelligit inter
ſe: ⁊ ſeipm ſimiliter ſicut cā partialis non
cōcurrēte naturalitate. ſicut manifeſte ex
primit ꝙ intētiones habeamꝰ ante actū
volūtatis: vn̄ nō eſt in poteſtate noſtra q-
bus viſis tangamur p Aug. de libero arbi-
trio. Itē oīs hō ſm Aug. xiij. de tri. c. v. ar-
dētiſſimo amore appetit btitudinē: qđ nō
pōt niſi per intellectū ⁊ voluntatem. ergo
hō vult naturalr ⁊ neceſſario: ⁊ ſic appe-
titum btitudinis neceſſario cauſat. Tertio
qꝛ beatus in patria per intellectū ⁊ volū-
tatē fruitur deo: ⁊ nō libere: hoc eſt indif-
ferēter: ⁊ miſer odit deū ⁊ miſeriā ſuā ne-
ceſſario ⁊ modo nature. Quarto. oēs phi-
loſophi ponūt deū cognitiuū ⁊ itelligibi- T
lē: ⁊ tñ nō ponūt eū libere iō cauſare. Ad Ad qr-
nonū argumētū pōt dici ſatis bona ꝯſciē- tam.
tia/ꝙ argumentū quātū ad vtrūqꝫ genꝰ
actionis accipit falſum: nā nulla eſt actio
dei immanēs ꝓprie loquēdo. qꝛ oīs actio
immanēs recipit in agēte: nihil aūt ī deo
recipi pōt: ſicut idē doctor bene nouit. ſilr
idē dicit ꝙ actio ē ſua ſubſtātia: ſꝫ ſubſtā-
tia dei nō manet ī ſubſtātia dei: notū eſt.
ſilr quātū ad actionē trāſeūtē manifeſtū
eſt ſm principia fidei/ꝙ ita libere pōt deꝰ
cōburere ſine igne: ſicut cōburit mō ignis
⁊ ifrigidare ſiue aqua: ⁊ hmōi q ſūt actio-
nes trāſeūtes. Itē dato ꝙ totū eēt licitū:
vt in argumēto aſſumit: nihil aliđ ꝯcludit
niſi ꝙ deꝰ ageret cognoſcēdo ⁊ volēdo: ex
quo in nullo ſeqtur ꝙ agit libere: ſicut ad
octauū dictū eſt. Ad decimū dicendū ꝙ p- V
bat idē: ſcꝫ ꝙ deꝰ agit p itellectū ⁊ volūta- Ad qn-
tē: ⁊ hoc eſt concedendū ab omni homine tam.
⁊ ꝙ preſciuit ſicut finē naturaliter ſuam
bonitatem. iuxta Boetiū. iij. de conſolati.
vbi vult dicere ꝙ ſolus amor ꝓprie carēs
inuidia mouet deū ad producendū mun-
dum. ⁊ ſic videtur ꝙ ille finis nō ſit ſibi
libere preſcitꝰ: ſed naturaliter: ideo argu-
mētū nō minus cōcluderet oppoſitū ꝙ̄ p-
poſitū. Ad vndecimū qn̄ dicitur ꝙ agēs X
libere eſt prius agens ꝙ̄ agens naturale: Ad ſex-
⁊ ꝙ oē agens naturale agitur ab aliquo. tam.
iſta forte negarentur. ſed dato ꝙ concedā-
tur: non ſequitur plus niſi ꝙ deus reſpe-

ctu aliquoꝝ effectuū hꝫ ſe libere: ⁊ cū hoc
Y ſtat ꝙ reſpectu aliquoꝝ ſe hꝫ naturaliter
Ad ſe⸗ ⁊ de neceſſitate. Ad duodecimū dꝛ veriſſi
primā militer ꝙ agere naturaliter eſt maioris ꝑ⸗
fectionis ꝙ̄ agere libere ⁊ indifferenter: ⁊
ideo reſpectu eoꝝ que perfectiſſima puta⸗
mus: ꝯditionē tribuimus: ſicut ꝓductionē
ꝑſonaꝝ in diuinis: ⁊ opatiões beatificas
nō ponimus libere liatē in tp̄e cauſari: et
ideo ſine dubio diceret vnus pħs / ꝙ maio
rem ꝑfectionē arguit in deo ꝙ non poteſt
ceſſare a cauſando ⁊ influendo bonitatē:
ꝙ̄ libere poſſe deſiſtere ⁊ totū adnihilare
quod eſt. Siľr ꝓbatio quā ponit: nihil va
let. ſ. ꝙ intellectus eſt nobilioꝛ aīa vegeta
tiua. nō video quō iſtud ſm̄ ſua principia
hꝫ veritatē: cū intellectus apud eū ſit acci
Z dens aīe vegetatiue: ⁊ aīa vegetatiua ſit
Ad ipſa aīa intellectiua. Ad vltimū eſt bene
octauā difficile rn̄dere: qñ dicit: bonū vniuerſale
eſt obiectū agētis vniuerſalis. vult dicere
ꝙ agens vniuerſale vult bonū omnibus
que cauſat qñ eſt agēs ꝑ intellectū: ⁊ hoc
eſt verū. ⁊ tūc concludit ꝙ deus cognoſcit
bonū: ⁊ hꝫ naturalia agentia ꝓ inſtrumē⸗
tis ſuis: ⁊ totū eſt idē. ⁊ ſimiľr ꝙ eſt agens
bonū: hoc eſt habēs voluntatē: ſed ꝙ oīa
AA que ſunt in mūdo / cauſet libere: in nullo ſe
Quar⸗ quit. Quart⁹ articul⁹ eſt videre an de⁹
tus ar. concauſet in omni opatione cauſe: in quo
oſtendo duo. Primū eſt ꝙ pħi hoc nō con
cederēt: ſic ſatis ex p̄cedētib⁹ ptꝫ. Scḋm:
ꝙ ex principijs fidei opꝫ dicere ꝙ ſic. Un̄
Aug. iij. de trini. c. iiij. Uolūtas dei eſt pri
ma ⁊ ſumma cā oīm corporaliū ſpecierum
atqꝫ motionū. Nihil eñ fit viſibiľr ⁊ ſenſi
biliter: qḋ nō de interioꝛe inuiſibili ⁊ incō
mutabili ⁊ in intelligibili aula ſummi im⸗
peratoris aut iubeat aut ꝑmittaf. Itē ſu
per Gen̄. iiij. c. xiij. dicit ꝙ deus eſt cauſa
ſubſiſtendi omni creature: ⁊ ꝙ ſi v̇tus ei⁹
a regimine creature ceſſaret: ſimul iſtorū
ceſſaret ſpecies: omniſqꝫ natura ꝯcideret.
⁊ infra. Credimus ⁊ dicimus in iis q̄ creat
deus indeſinenter operari. ⁊ allegat illud
Actuū. xvij. In illo viuim⁹: mouemur: ⁊ ſu
mus. Et illud Io. v. Pater meus vſqꝫ mō
operaf: ⁊ ego operoꝛ. Dico igiť ꝙ de⁹ con⸗
cauſet imediate oē cauſatū a creatura. qḋ
ꝑſuadef ſic. Illa cauſa dꝛ imediata: q̄ poſi
ta ponif effect⁹: ⁊ qua nō poſita nō poteſt
poni effectus: ſꝫ deus eſt hmōi reſpectu cu
iuſlibet creature: g̃ eſt cā immediata reſpe
ctū cuiuſlibet creature ꝓducte a cā ſcḋa.
Scḋo magis depēdet q̄libet effectus a cā
prima ⁊ vniuerſali ⁊ illimitata: ꝙ̄ a cā li⸗
mitata. Sꝫ de cā vniuerſali limitata ſic eſt
ꝙ niſi ipſa ſit p̄ſens: imediate cauſans: nō
ꝓducitur effectus: ergo eodē modo ⁊ de cā
vniuerſali ſimpľr illimitata: ꝙ niſi imme⸗
diate cauſet: null⁹ effect⁹ ꝓducef. ptꝫ ma⸗
ioꝛ. minoꝛē ꝓbo ꝑ experiētias: qꝛ quātūcūqꝫ
cā prima approximef hic inferius alicui
paſſo: nunqꝫ iſta cā q̄ dꝛ prima / ꝓducit ta
lē effectū: niſi ſol ſit ī debita ꝓximatiōe. ſic
ut ptꝫ / in eſtate ſole accedente: ⁊ in hyeme
cū ipſe recedit: agētia manēt infinita ap⸗
proximata vniformiter. igiť ꝯſtat ꝙ ſol eſt
cā vniuerſalis ⁊ īmediata cuiuſlibet corpo
ralis effect⁹ hic inferi⁹. Tertio ſic. ſuſpēſio
actionis cauſe ſcḋe: ſicut ignis in camino
triū pueroꝝ. Dan̄. iij. nō eſt aliud ꝙ deum
nō coagere cū igne. iō ſi ignis debeat age⸗
re: opꝫ deū coagere cū igne. Ex iſtis ſequiť BB
ꝙ creatura nō eſt cā totalis ſed partialis Conclu
ſui effectus: qꝛ deus eſt cā partialis cuiuſ⸗ ſio auč
libet effectus cauſe ſcḋe. iuxta illud qḋ de
hoīe dꝛ Io. xv. Sine me nihil poteſtis fa⸗
cere. Sed ꝯ̄ illā ꝯcluſionem arguo ſic. Si Argui
eſſet vera: ſequiť ꝙ deus eſſet imediate cā tur pri
effectiua pcti ꝯtra Aug. q̄ dicit in multis mo.
locis malū nō eſſe a deo: nec deū eē aucto⸗
rē peccati. Scḋo iſta ꝯcluſio nō ſtat cū li⸗ Scḋo.
bertate arbitrij: ⁊ ita nō hrēt actū ꝓpriū
in ſua ptāte. ꝯña ptꝫ: qꝛ ſi volūtas nō pōt
in actū ꝓpriū ſine coopatiōe diuina: ⁊ non
eſt in ſua ptāte ꝙ de⁹ ſibi coopef: qꝛ ſi deus
vult / coopaf: ⁊ ſi nō vult / nō coopaf. ergo
act⁹ volūtatꝫ nō ē i ſua ꝓp̄a potētia. Ter Tertio
tio ſic. ſequeref ꝙ deus coageret ad opus
qḋ eſt iniuſtū: vt ad homicidia: adulteria
⁊c. Quarto. tūc de⁹ imediate affligeret Quar⸗
dānatos: ⁊ ꝯcederef ꝙ de⁹ imediate occi⸗ to.
dit chriſtū: imo ꝙ ꝯtinue occidat hoīes: qꝛ
cū oī actiōe corrūpente hoīem de⁹ coagit
imediate. Quinto. qꝛ capio aliquē effe⸗ Quito
ctū indiuiſibilē: ſicut intellectionē vel voli
tionē: hmōi effect⁹ de⁹ nō pōt eſſe cā par⸗
tialis. qꝛ iſte effect⁹ nō hꝫ ꝑtes. Ad iſta di
cēdū ꝙ nō obſtātib⁹ iſtis: ꝯcluſio eſt tenē
da: alioqn nō ſatis dicef ꝙ de⁹ eſſet cā effe
ctiua oīs rei. Ad p̄mū ꝯcedēdū eſt ꝙ de⁹ CC
eſt cā pcti: ſꝫ nō dꝛ auctoꝛ pcti: qꝛ h̄ ē ſpā e Ad pri
in libero arbitrio ꝯſtitutū: ꝙ ſi hō vult ali mum.
q̄d: de⁹ coagit cū volūtate illā volitionē: ſic
tn̄ ꝙ p̄ma cauſalitas hmōi volitiōis ē vo

lūtas. vnde hec ꝓpoſitio eſt vera: volūtas
vult: igit̄ deus vult hāc volitionē eſſe: q̄ꝛ
volūtas ſic vult ſiue ſit bona ſiue mala de
lege cōi: q̄ꝛ aliq̄n cauſat ſpāliꝰ volūtas vo
litiões: ⁊ ꝯtinuat eas: ſic ꝙ nō eſt in ptāte
volūtatꝫ illas dimittere. q̄ꝛ igit̄ deꝰ ſtatuit
q̄ncūqꝫ hō voluerit vti aliq̄ arbitrio ſuo:
deus vult ſibi coagere: ⁊ nō cogit liberū ar
bitriū hoīs agere: niſi hō ſpōte velit: ideo
pctm̄ dr̄ eſſe ab hoīe ſicͨ auctore: ⁊ nō a deo:
⁊ tn̄ ab vtroqꝫ eſt ſicut a cā effectiua ꝑtia-
li. oēs aūt auctes q̄ ſonāt ꝙ deꝰ nullo mō
eſt auctor mali: ſic debēt intelligi: ꝙ deus
nō eſt cā totalis vel p̄ma q̄re hō peccat: ꝙ
neceſſitet hominem ad peccādū. No. hic ꝙ
Oclīā in ſum. c. de amphi. dicit ꝙ oēs ſan-
cti q̄n negant deū eſſe cām pcti vel facere
pctm̄: itelligūt ꝑ iſtā: deꝰ facit pctm̄: vnam
aliā. ſ. iſtā deus peccat. vel iſtā: deus facit
aliq̄d qđ nō deberet facere: vel aliquā cōſi
milē: que ſunt falſe. ⁊ iō ad talē intellectū
negāt deū facere pctm̄. Sed iſta expoſitio
non eſt vͣa: nec ad iſtū intellectū negāt ſan
cti deū facere pctm̄: imo de iſta nemo heſi
tat/ deꝰ peccat: niſi forte ꝑ cōicationē idio-
matū verificat̄: qđ nō eſt ad ꝓpoſitū. de h
vide alibi de eodē quō hec eſt vera: deus
peccat: deꝰ odit. Unde poſito ꝙ deꝰ cōpel-
leret hoīem ad peccandū ꝑ ipoſſibile: non
ſequit̄ ꝙ deus peccaret: cū nihil pōt pecca
re niſi qđ pōt eſſe ſub lege: imo volūt ſan
cti auferre cauſalitatē reſpectu peccati: q̄
cauſalitas inducit hoīem ad peccandū. et
iſta eſt mēs Aug. lib. lxxxiij. q. q. iij. nam ꝓ
bat ꝙ deo auctore nō fit hō deterior. ⁊ al-
legat magiſter. ij. diſt. xlvj c. xij. Itē de na-
tura boni. c. ij. Cū audimꝰ oīa ex deo oēſqꝫ
naturas: intelligere debemus etiā oīa que
naturaliter ſunt. Nō em̄ ex ipſo ſunt pctā
que naturā nō ſeruāt ſꝫ vitiāt: que ex volū
tate peccātiū naſcunt̄. vnde manifeſtū eſt
de. lxxxiij. q. q. iij. ⁊ lib. ij. de libero arbitrio
q̄ liber vocat̄. vn̄ malū ⁊ de natura boni. ⁊
multis alijs locis: ꝙ apud beatū Aug. ma
gna difficultas fuit de cauſa ⁊ origine pec
cati. ⁊ hoc ſatis ptꝫ per auctoritates mgr̄i
adductas. ij. diſt. xxxv. Unde melius eſt di
cere ꝙ deus nō eſt cauſa totalis pcti: nec
precipit pctm̄ fieri: q̄ꝛ p̄cipere aliq̄d fieri ē
dare auctoritatē ꝙ illud fiat: ⁊ deus nō p̄
cipit: imo ꝓhibet pctm̄ fieri: ideo negatur
Ad ſe- ꝓprie eſſe auctor peccati: tn̄ eſt cauſa effi-
cundū. ciens actionis q̄ eſt peccatū. Ad ſecundū

dico ꝙ actus volūtatis eſt in ſua ptāte de
lege cōi: q̄ꝛ lꝫ nō pōt in actū ſuum ſine deo
coagente: deus tn̄ paratus eſt coagere ei
q̄n placet voluntati. Ad tertiū: ꝯcluſio Ad ter
nō eſt incōueniens ꝓ operibus que ipſe- tium.
met fecit ſicut cauſa partialis ⁊ hoc iuſte.
q̄ꝛ idē opus iuſte fit a deo/ ⁊ ab hoīe iniu-
ſte. Ex iſto ſequit̄ ꝙ omne qđ fit in mūdo
iuſte fit: ⁊ omne qđ iniuſte fit iuſte fit. ſunt
em̄ iuſtū ⁊ iniuſtū termini relatiui vt ma-
gnū ⁊ paruū. vn̄ idē opus fit iuſte a deo:
⁊ iniuſte ab hoībus: quibꝰ preceptū eſt ne
tale opus faciāt. Ad q̄rtū: ſi nihil aliud Ad q̄r-
iportat niſi eſſe cām effectiuā mortis: cōce tum.
dendū eſt ꝙ chriſtꝰ occidit ſeipm̄. Nā ꝯſtat
ꝙ fuit cā mortis ſue. ſi aūt in argumento
cōnotet̄ ꝙ ſit cā totalis: nō ſequit̄ ꝙ deus
occidit chriſtū vel aliq̄s hoīes. Ad quin Ad q̄n
tū dico ꝙ illud argumētū ꝓcedit ex mala tum.
imaginatione: ac ſi ideo vocaretur aliq̄ cā
partialis: q̄ꝛ cauſat partē rei: qđ nō eſt ve
rū: ſꝫ q̄ꝛ cū cā eiuſdē generis concurrit ad
cauſandū. Un̄ lꝫ intellectio non eſt res di-
uiſibilis: nihilominus pōt cauſari a mul-
tis cauſis partialibus. Ad rōnes p̄ncipa DD
les. Ad primū dico ꝙ deus libere crea- Ad pri
uit mūdū. ⁊ q̄n arguit̄ ꝯ: q̄ꝛ ſicut naturalr̄ mū pu.
intelligēdo ſe intelligit alia: ita ſlr̄ volen-
do ſe vult alia. dicendū ꝙ nō eſt verū: ſed
ſe vult neceſſario eſſe: ⁊ alia ꝯtingēter vel
libere. Ad ſcđm dico ꝙ nihil aliud a deo Ad ſe-
eſt de ſe formalr̄ eſſe neceſſario: ſed oē aliud cundū.
a deo eſt poſſibile eſſe ⁊ poſſibile nō eſſe. ⁊
q̄n arguitur ꝙ angeli ⁊ corpora celeſtia nō
habent in ſe potentiā nō eſſe: q̄ꝛ carent ma
teria: quare poſſunt eſſe ⁊ nō eſſe: cōcedo:
ſunt tn̄ poſſibilia eſſe ⁊ nō eſſe per poten-
tiam facientis ea eſſe cōtingenter ⁊ libere.
¶ Sequit̄ quoddā fragmentū queſtionis
in quo ſex articulos auctor ſe executurum
pollicet̄: quoꝝ duos dūtaxat nec eos ſatis
plene ꝓſequit̄: ſed nec plura reperi: nec ab
eo confecta crediderim.

A

VTrum deus fue- Qō. xj
rit cauſa effectiua mūdi per Argu.
creationem? Et arguitur ꝙ p̄na.
nō: q̄ꝛ capio primum inſtās
eſſe mūdi. Et quero vtrū in
eodē inſtāti fuit nō eē ipſius mūdi: an in
aliquo alio? ſi ſic: ergo mūdus ſimul fuit ⁊
nō fuit. ſi in aliquo alio: cū inter quelibet
duo inſtantia cadit tpˢ mediū: ſequuntur

duo incōueniētia. Primū: ꝙ tp̄s fuit āte mūdū: aliō ꝙ̄ iſto tp̄e medio. neutrū iſtorū ꝯdictorioꝝ fuit verū: dato ꝙ fuiſſent: mūdus eſt: mūdus nō eſt. ꝯñs falſum. igitur ꝛ añs.

In oppoſitū Declaratio q̄onis.

Ad oppoſitū eſt Gen. j. In p̄ncipio creauit de⁹ ꝛc. In iſta q̄ſtiōe ſex fiet. Primo exponā iſtos terminos creare vel creatio. Scḋo inq̄rā vtrū creatio actio differt a deo. Tertio an creatio paſſio differat a creatura. Quarto an creatio ſit mutatio. Quinto an creatio diſtinguit a conſeruatione. Sexto dicēdū eſt ad formam.

C Prim⁹ articulus.

Circa primū ē aduertēdū ꝙ creatio ē productio alicui⁹ de nouo nō ex ſubiecto. Vn̄ ꝓprie loquēdo creare importat aliq̄d producere nō ex ſubiecto vel materia p̄cedente. Scḋo ſciēdū ꝙ diuerſimode loquūtur ſancti de iſtis terminis creatio ꝛ creare et ſlib⁹. Vn̄ vno mō accipit creare ꝓ agere ꝛ facere: ꝛ creatio ꝓ actione vel factione. Vn̄ Gen. j. Maſculū ꝛ fe. ꝛc. Scḋo mō accipit creatio ꝓ informatione alicui⁹ forme de nouo: q̄ forma cōfert dignitatē ꝛ nobilitatē iformato. ꝛ ſic loq̄tur Anſ. iij. de ſli. ca. ij. vbi dicit ꝙ de⁹ i angelica natura creat cognitionē: q̄ cognitio illi eēt ab informitate ꝯuerti ad iformātē deū: ꝛ creari atq̄ꝫ formari. Tertio mō metaphorice ḋr creatio i ꝓmotionib⁹ hūanis: qn̄ aliq̄s aſſumit ad aliquē ſtatū nobilē. vt dicimus papā creari ꝛ cardinales. Quarto mō naturalr̄ qn̄ aliq̄d ꝓducit de nō eē ad eē ſine materia vel ſubiecto p̄cedēte. ꝛ ſic dicim⁹ ꝙ creare eſt producere aliq̄d ex nihilo.

Tertio ſciēdū ꝙ ducere aliq̄d ex nihilo pōt q̄druplr̄ itelligi. Uno mō ḋr aliq̄d fieri ex nihilo: ita ꝙ exponat h̄ qḋ eſt nō fieri de aliq̄. ꝛ ſic pōt dici ꝙ ſumma eſſentia eſſet facta de nihilo. Alio mō pōt itelligi aliq̄d fieri de nihilo: q̄ſi ip̄m nihil eēt aliq̄d exn̄s vn̄ aliq̄d poſſet fieri: ꝛ iſte mod⁹ includit ꝯdictionē. Alio mō ḋr aliq̄d ideo fieri de nihilo: q: itelligit eē factū: ꝛ tm̄ nō eē vl̄ fuiſſe aliq̄d vn̄ fiat: ſicut dicimur cōtriſtari de nihilo: q: ſine cā. ꝛ hos tres modos ponit Anſ. Quarto mō ḋr aliq̄d fieri ex nihilo: vt iſte ꝓpōnes ex vl̄ de nō denotēt circūſtātiā cauſe material̄: ſ; tm̄ circūſtātiā ordinis tp̄is vel durationis imaginate: ſic dicim⁹ fieri diuitē ex paupe: ſanū ex inſano: ꝛ iſtis duob⁹ modis poſſumus ſatꝭ ꝓp̄e dicere mūdū eē creatū ex nihilo: q: factus eſt: ꝛ de nihilo: ꝛ pri⁹ nō fuit aliq̄d: capiēdo pri⁹ ꝛ poſt ſm̄ qḋ dicūt durationē imaginatā.

D Scḋs articl̄s

Circa ſcḋm articlm̄ dico tria. Pmo ꝙ creatio actio nihil aliō ē ꝙ̄ de⁹. Vn̄ iſte t̄min⁹ creatio ſig̃t eēntiā diuinā: ꝛ cōnotat creaturā creatā eē ab ea de nouo poſtꝙ̄ nō fuit. ꝛ h̄ loq̄ndo ꝓp̄e: vt ē diſtinctio iter ſubiecta iſtoꝝ t̄minoꝝ creatio ꝛ ꝯſeruatio. Scḋo dico ꝙ creatio actio ꝓp̄e loq̄ndo nec ē i deo: nec ē a deo. ptꝫ p̄ mū dictū: q: ē eēntia diuina q̄ nec ē i deo. Tertio dico ꝙ creatio actio nō ē mediū aliqḋ iter deū ꝛ creaturā: ſicut imaginat. P. aureoli. Probat: vl̄ eēt de⁹: vl̄ aliō a deo. ſi de⁹: tūc nō eēt mediū iter deū ꝛ creaturā. Si aliud a deo: tūc aliq̄d differt a deo: qḋ nullo mō eēt effectū a deo. qḋ nō ē catholicū: vt ꝓbatū eſt i q̄ōne p̄cedēti. Quarto ſicut eēt cauſatū a deo: eſſet creatio large loq̄ndo: ſicut ꝯſueuim⁹ dicere ꝙ oē qḋ ē: de⁹ ē vel creatura. Sꝫ ꝯ illō arguo ſic: nihil qḋ eſt de⁹ pōt nō eē: creatio actio pōt nō eē ḡ creatio actio nō eſt de⁹. minor pꝫ: q: h̄ pōt eē falſa: creatio actio ē: ꝛ ſua oppoſita ꝟa maior ptꝫ: q: ex oppoſito ſeq̄tur ipoſſibile ſicut arguēdo: aliq̄d qḋ eſt de⁹ pōt nō eē: ḡ de⁹ pōt nō eē: q: añs ꝛ ꝯñs ꝯuertūtur.

A Queſtio xiij

Vtrū chriſt⁹ cōuenienter redemit gen⁹ hūanū: ꝛ arguit ꝙ nō: q: non redemit gen⁹ hūanū: ḡ nō couenienter. Añs ꝓbat q: null⁹ hō redemit gen⁹ hūanū.

Argu. pncī.

In oppoſitū

Ad oppoſitū ē Aug. li. xiij. de tri. c. x. vſq̄ꝫ. xvj vt allegat a mg̃ro ſē. Ad illō ḋr ꝙ ſic: ꝓpt auctoritatē fidei quā ten; eccl'ia. ſic em̄ cātat eccl'ia. Famulis tuis ſubueni ꝛc. Itē chriſtus crucifix⁹ ſurrexit a mortuis.

B Rn̄ſio

C Ad argu p̄n.

Ad rōnē i oppoſitū negat añs: ꝛ ſilr̄ ei⁹ ꝓbatio. iij ſup ſnīa. di. xx. i p̄n. Si ꝟo q̄rat vtrū alio mō de⁹ hoīem liberare poſſet ꝙ̄ p̄ mortē xp̄i. Dicim⁹ aliū modū fuiſſe poſſibilē deo cui⁹ ptāti cūcta ſubiacēt: ſ; nre miſie ſanā de ꝯuenientiorē modū aliū nō fuiſſe.

Obiectio p̄ma.

Cōtra auctoritates prio nō iferūt titulū ꝯcluſionis: ḡ nō ꝓbāt cōcluſionē. Añs pꝫ: nā arguēdo ab alterutra illaꝝ ad ꝯñs/ē fallacia ꝯñtis. nō em̄ ſeq̄tur: redemit nos: igit ꝯueniēter redemit nos: ſicut nō ſeq̄t: chriſt⁹ vult aliq̄d: ḡ ꝯueniēter aliq̄d vult.

Scḋa.

Itē ex vtraq̄ꝫ auctoritate ſeq̄t oppoſitū ꝯcloſionis: igit icōueniēt adducit ad ꝓbādū eā. Nā ſi chriſt⁹ redēit p̄cioſo ſuo ſāguie: ḡ icōueniēter redemit: q: in ifinitū pl⁹ dedit de

ſanguine: ꝙ oportuit ſiue ſuffecit cū dediſ
ſe: igitꝛ icōueniēter. Añs ꝓbo. qꝛ in īfini-
tū minꝰ ſuffeciſſet ꝑ redēptiōe: ergo. Probatꝛ
qꝛ quācūqꝫ gutta ſanguinis eiꝰ accepta:
ea ſuffeciſſet: ergo ⁊c. Itē chriſtus neſciuit
quātū ſanguinis debuit ſolui ꝑ redēptio
ne generis humani: ergo neſciuit quātū cōue
Tertia niēter debuit ſoluere. Añs patꝫ: qꝛ nulla
Quarta. quātitas ſanguinis debuit ſolui. Itē non
redemit nos ſanguine ſuo ꝑcioſo: ſed ſola
morte. Itē ex ſcda auctoritate arguitꝛ ꝙ ꝑ
crucifixionē chriſti ſumꝰ redēpti: ſꝫ cruci-
fixio chriſti fuit pctm̄ mortale. ergo ꝑ pecca-
Primū princi. tū mortale ſumꝰ redēpti: ergo incōuenienter.
Ad principale ſic. ergo paruuli iniuſte dā-
Scdm nantꝛ. Itē ſi ſic: iniuſte infligitꝛ pēna ꝑ pec
Tertiū catis. Itē ſi ſic: minꝰ meretꝛ chriſtianꝰ poſt
Quartum. redēptionē ceteris paribꝰ ꝙ̄ ante. ꝯñs eſt
falſum. Itē ſi ſic: chriſtꝰ nobis ꝑ mortem
Primū ꝯ rōnē meruiſſet. ꝯñs eſt falſum. Reduco ꝑter
ea rōnē primā: ⁊ ꝓbo añs primū. ⁊ hoc ſic
nulli hoīes ſunt redēpti: ergo nec genꝰ huma
num. Añs patꝫ: qꝛ nō ſumꝰ redēpti ſm̄ ge
nus alꝰ ſꝫ redimēdi: vt dicit magr̄. iij. diſ.
xix. c. vj. Probationē añcedētꝭ ꝓbo ſic: qꝛ
ſua oppoſita eſt falſa: aliquis hō redemit
genꝰ hūanū: qꝛ in inſtanti redēptionis hec
fuit vera: nullus hō redemit genꝰ humanū
in a. ſit a inſtās redēptionis: qꝛ in a hec fu
it vera: oīs hō eſt aliqͥs: demōſtratis alijs a
Scdm deo. Item ſi hō fuit redēptꝰ: aut ꝑ hoīem
aut ꝑ nō hoīem. nō ꝑ nō hoīem: qꝛ nullus
nō hō redemit genꝰ humanū. nō ꝑ hoīem
qꝛ qͥlibet qͥ fuit hō in a: fuit redēptꝰ in a.
Tertiū Itē hō fuit redēptꝰ anteꝙ̄ chriſtus fuit
redēptor: ergo hō nō fuit redēptꝰ ꝑ chriſtum.
Añs patꝫ: qꝛ in hora mortis chriſti hec fuit
vera: hō eſt redēptꝰ: ſꝫ hec nō fuit vera chri
ſtus eſt redēptor vſqꝫ ad inſtās reſurrectio
nis: ergo hō fuit vere redēptꝰ: qñ nullus hō
fuit redēptor. Uolo ꝙ iſte terminꝰ chriſtꝰ
ſupponat pro ꝑſona conſtituta in duabꝰ
⁊ ex duabꝰ naturis: tūc ſic. ſi chriſtꝰ te re-
demit: tu fuiſti redēptꝰ in a. ⁊ vltra: tu fu
iſti redēptꝰ in a: ergo fuiſti redēptꝰ anteꝙ̄ fu
iſti cōpoſitꝰ. Ad principale. aīa Ade fuit
beatificata ꝑ redēptionē: qͥro ergo vtrū i eo-
dē inſtāti qͥ chriſtꝰ moriebatꝛ an in alio? ſi
in eodē: ergo priꝰ fuit beatus Adā in lim
bo: ꝙ̄ chriſtꝰ deſcēderet ad limbū. hec ꝯña
patꝫ. Nā aīa chriſti deſcēdit ſucceſſiue: alꝰ
nō deſcēdiſſet. Nā deſcēdere eſt moueri lo
caliter. Si in alio: igitꝛ tpe fuit īter inſtās

redēptionis ⁊ inſtās beatitudinis. ꝯñs ē
falſum: qꝛ tūc caruiſſet Adā iniuſte viſiōe
btīfica. Nec pōt dici ꝙ i inſtāti mortis in-
cepit eē btūs. qꝛ tūc actꝰ btīficꝰ fuit in eo D
ſucceſſiue creatꝰ: ⁊ ſic ītēſiue: ⁊ ꝑ ꝯñs tp̄s Ad pri
fuiſſet anteꝙ̄ fuiſſet btūs ſicut priꝰ. Ad mā ob
ꝑmū dꝛ ꝙ iſta ꝯña eſt bona: chriſtꝰ vult hoc iectio-
ergo vult hoc ꝯueniēter. Ad ſcdm negatꝛ ꝯña nem.
in infinitū plus dedit: ergo incōueniēter: ſed. Ad ſe-
cōceditꝛ añs. Ad tertiū: ſola morte rede- cundā.
